C.
2. 71.

Platonis
opera
omnia.
II.
1.

№ 389.

40 –

3

19

11
4.

# BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM

OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

**FRIDERICO IACOBS**

ET

**VAL. CHR. FR. ROST.**

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XII. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS DIALOGOS SELECTOS

ED.

**GODOFREDUS STALLBAUM.**

GOTHAE
SUMPTIBUS HENNINGS.
MDCCCLXI.
LONDINI APUD DULAU & C^o. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).
NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C^o. (440 BROADWAY).
ATHENAE APUD K. WILBERG.

IV 49

PLATONIS

# OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

**GODOFREDUS STALLBAUM.**

VOL. II. SECT. I.

CONTINENS

## GORGIAM.

K.K. GYMNASIALBIBLIOTHEK FREISTADT.
C.a. 31 n/4.

**EDITIO TERTIA**

PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA NOVISQUE PROLEGOMENIS INSTRUCTA.

GOTHAE
SUMPTIBUS HENNINGS.
MDCCCLXI.
LONDINI APUD DULAU & C^o. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).
NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C^o. (440 BROADWAY).
ATHENAE APUD K. WILBERG.

102
III A14

# PLATONIS
# GORGIAS.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

**GODOFREDUS STALLBAUM.**

---

**EDITIO TERTIA**

PLURIMIS PARTIBUS AUCTA ATQUE EMENDATA NOVISQUE PROLEGOMENIS INSTRUCTA.

GOTHAE

SUMPTIBUS HENNINGS.

MDCCCLXI.

LONDINI APUD DULAU & C^o. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).

NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C^o. (440 BROADWAY).

ATHENAE APUD K. WILBERG.

# PROLEGOMENA

AD

# GORGIAM PLATONIS.

Quadripartita erit omnis haec quam instituturi sumus de Gorgia Platonis disquisitio. Primum enim disputationis in hoc libro habitae summam eo modo referemus, ut quaenam ei subiecta sit materia quaeque huius ipsius sit tractatio, ita perspiciatur, ut non modo difficillimi et rerum varietate admodum impediti sermonis tanquam iter aperiatur, verum etiam legentibus quasi filum quoddam Ariadneum tradatur, cuius prudenti usu omnem disputationis viam et rationem tutius permeare queant. Quod certe ad Platonem intelligendum tantum valere putamus, ut qui tali lectionis adiumento careant, quale comparare sane difficillimum esse vel ex eo intelligitur, quod qui nuper de argumentis et consiliis librorum Platonicorum subtilius disputare instituerunt, ii non aliam ob caussam ad miras saepe nugas delapsi sunt, quam quod non tenuerunt librorum summam, ut igitur illi, qui tali careant adiumento et praesidio, multam in legendo operam frustra consumturi videantur. Exposita autem disputationis summa deinde quaeremus de eius consilio et proposito, siquidem hoc demum indagato fieri poterit, ut ad pleniorem accuratioremque universi operis intelligentiam perveniatur. Iam vero huius rei quaestione absoluta tertio loco disputabimus etiam de rerum dispositione atque arte compositionis, qua philosophus in tractando disputationis argumento usus sit. Quo ipso efficietur, ut quod proposuerimus de summa libri sententia et ultima ratione iudicium certius confirmetur atque uberius illustretur.

Denique etiam de temporibus explicabimus, quibus sermo vel scriptus sit vel habitus fingatur, quandoquidem etiam harum rerum notitia ad totius operis rationes atque caussas in illustriore luce ponendas non una ex parte erit utilissima. His omnibus autem utcunque dilucidatis futurum esse speramus, ut apud Platonis amicos, sive illis utantur

ante libri lectionem, sive ea libro iam perlecto ad rem praesentem adhibeant, aliquam gratiam iniisse videamur. Verum accedamus protenus ad id, quod agere constituimus.

## I. Enarratio disputationis.

Gorgias, rhetor ac sophista Leontinus, et Polus Agrigentinus, eius discipulus ac familiaris, Athenis deverterant apud Calliclem, hominem ex aliquo tempore (p. 515. A.) rerum civilium studiosum, ibique orator clarissimus coram pluribus aliis eloquentiae suae artificiosae, nuper demum e Sicilia in Atticam allatae, splendida quaedam documenta exhibuerat. Eum audire voluerant etiam Socrates eiusque familiaris Chaerephon*). Quos ubi Callicles advenientes est e longinquo conspicatus, eos ante aedes suas salutat, atque sero ipsos venire monens magna cum laetitia narrat, quam praeclaras modo Gorgias orationes artis suae ostentandae caussa habuerit. Confert Socrates istius tarditatis suae culpam in Chaerephontem, qui ipsum iusto diutius in foro remoratus sit. Quippe erat Chaerephon utique sermonum Socraticorum avidissimus, ut existimandus sit magistrum quam diutissime in foro cum opificibus aliisque id genus hominibus colloquentem audire voluisse. Confitetur vero Chaerephon sua culpa accidisse de quibus conqueritur Socrates; sed idem ait damnum facillime posse resarciri: Gorgiam enim pro ea quae sibi iam cum illo intercedat familiaritate, quocunque tempore libitum fuerit, artem suam esse ostentaturum. Tum vero Callicles Socratem et Chaerephontem ad se domum invitat, ut sophistam audiant declamitantem. Qua invitatione accepta continuo ad eum pergunt, inter viam paucis de natura artis confabulantes, quam Gorgias profiteatur. Socrates enim, Num vero, o Callicle, inquit, Gorgias nobiscum volet conferre sermones? Scire enim cupio, quae sit vis et ratio artis illius, quam factitare solet. Nam artem declamitandi alio tempore nobis ostentato. Respondet Callicles hoc ipsum esse unum quiddam ex iis, in quibus ille se ostentaverit: nam professum illum esse antea se ad omnia esse responsurum, de quibus quisque quaerere vellet. Tum vero Calliclis aedes ingressi coram aliis**) cum eo statim ordiuntur colloquium.

---

*) De personis dialogi v. Commentar. ad p. 447. A. et p. 448. A.
**) Nam κωφὰ πρόσωπα adesse patet ex p. 458. C. D. 473. E. 490. B. coll. p. 447. C. 455. C.



Quaerit enim ex eo Chaerephon Socratis hortatu, verumne sit, quod ante narraverit Callicles, eum ad omnia, quae quis interroget, respondere posse. Affirmat ille rem gravissime aitque licere huius rei capere periculum. P. 447 — 448. A.

Hic vero Polus, Gorgiae amicus et familiaris, magistrum, declamitandi labore fatigatum, disputandi onere levaturus et suam ipsius artem, ut videtur, ostentaturus, se paratum esse ait ad partes illius suscipiendas. Miratur Chaerephon hominis confidentiam, qui se speret magistro melius disputaturum esse; ne tamen ei deesse videatur, cum eo instituit disserere de natura et vi artis rhetoricae. Sciscitatur igitur, cuiusnam artis Gorgias peritus sit et quo nomine ipse ab ea recte appelletur. Respondet Polus eum profiteri artem longe pulcherrimam. Quae responsio quemadmodum laudis plena est, ita artem sophistae parum accurate describit. Itaque Socrates ad Gorgiam, Praeclare vero, inquit, Polus se videtur ad dicendum composuisse, ad illud tamen, quod interrogatum est a Chaerephonte, minime respondit apte. Nam artem tuam laudibus extulit summis, quasi quis eam reprehendisset, eius naturam autem non patefecit. Etenim quod facere solent apud Platonem sophistarum discipuli, ut rerum genera et formas turpiter confundant atque in definiendis notionibus mirifice ruant, idem etiam Polo accidit, qui, quum sophistae ars accurate definienda ac describenda esset, eam in universum laudibus celebrat. Neque tamen Polus, quid illud sit, quod a Socrate reprehendatur, ullo modo perspicit, sed eo usque procedit imprudentiae, ut suam artis definitionem etiam tueri conetur. P. 448. A. — 449. A.

Itaque Socrates, sermone iam ad ipsum Gorgiam converso, Age vero, inquit, ipse nobis dicas, quo nomine te appellandum arbitreris, et quaenam sit ars illa, cuius te peritum profitearis. Respondet ille se artem factitare rhetoricam; in qua tractanda quum non sine laude versatus sit, rhetoris nomine se appellandum censet. Quibus auditis Socrates, quo facilius hominem possit deinde argumentis confutare, continuo eum interrogat, velitne ea qua nunc usi sint disserendi ratione etiam porro uti, longiores autem illos sermones, quibus plerumque uti soleat, in praesenti missos facere. Affirmat sophista hoc ipsum quoque unum ex iis esse, quae profiteatur, neminemque ipso melius posse de eodem argumento quam brevissime disputare. Itaque Socrates ab eo petit, ut huius breviloquentiae nunc exemplum

aliquod exhibeat; copiam et ornatum orationis alio tempore ostentet. Id quod Gorgias se facturum non sine iactantia pollicetur. P. 449. A.—C. — Postquam igitur perpetuae orationis flumen, quo sophistae fere solebant abripere audientium animos, veluti obstructum est, Socrates consueto disserendi genere utens artis rhetoricae naturam explorare instituit. Age dum, inquit, Gorgia, quoniam te rhetorices peritum dicis, edoceas me, in quanam re illa contineatur. Respondet Gorgias versari eam in orationibus habendis. Sed hanc responsionem ita refutat Socrates, ut eandem rationem etiam reliquarum artium esse doceat, quippe quae item versentur in verbis de iis rebus faciendis, quae ad ipsas pertineant. Cur igitur, inquit, o bone, alias artes non putas rhetoricas esse appellandas, quum et ipsae in orationibus versentur? Haec vero Socratis dubitatio efficit, ut sophista vim rhetoricae ceterarumque artium rationem diligentius indicare cogatur. Respondet igitur ceterarum artium scientiam fere omnem ad opus faciendum referri, rhetoricam autem unice in dicendo versari, actionem omnem aspernari. P. 449. C.—450. B. Quae quamquam speciose disputata sunt, tamen Socrati nondum satisfaciunt, unde de artium generibus uberius dicere instituit. Omnium artium, inquit, aliae in operibus faciendis magnam partem occupatae sunt indigentque sermone vel exiguo vel plane nullo, veluti ars pingendi, statuaria, aliae multae. Aliae autem fere totae versantur in orationibus verbisque faciendis ac nullam vel admodum exiguam adiunctam habent actionem, ut arithmetica, geometria, aliae, quae aut parem actioni sermonem requirunt aut plane in verbis faciendis sese continent. Et in huius quidem generis artibus tu mihi videris habere rhetoricam. At enim nullam harum puto a te rhetorices nomine appellatum iri, licet antea artem, cuius vis in oratione cernatur, dixeris esse rhetoricam. Age igitur, quum appareat artem oratoriam unam esse ex iis, quae maximam certe partem in verbis faciendis occupantur, accuratius iam definias, quidnam illud sit, ad quod pertineat huius artis oratio. Nam quemadmodum geometria de mensuris atque arithmetica de numeris disserunt, ita etiam rhetorice necesse est in uno aliquo genere rerum potissimum versetur, de quibus verba faciat. P. 450. B.—451. C. Quibus auditis sophista, artis suae dignitatem et praestantiam declaraturus, rhetoricae artis orationes referri ait ad gravissimas quasque optimasque rerum humanarum. At enim quum magnifica sit haec professio, tum Socrates id valde ambigue dictum esse



iudicat, quandoquidem quid sit hominibus gravissimum atque optimum, semper fuerit summa dissensio, ideoque explicari sibi cupit diligentius, in quanam re cernatur gravissimum illud ac summum bonum, quo tandem rhetoricae vis et dignitas plane cognoscatur. P. 451. C. — 452. D. — Ad quae Gorgias utique habet quae respondeat. Satis enim constat sophistas illius aetatis sese professos esse etiam magistros virtutis civilis atque artis administrandi rempublicam. Itaque mirandum non est, quod Gorgias, qui se et ipse dictitabat non modo dicendi, sed etiam gerendae reipublicae peritum, summum hominis bonum in eo ponit, ut quis et ipse liber sit et in sua ipsius patria aliis possit imperare. Effici autem hoc ait arte rhetorica, cuius ope in iudicio iudicibus, in senatu senatoribus, in concionibus populo, in aliis coetibus aliis sententiam tuam persuadere queas, ita ut, qui dicendi facultate plurimum valeat, is alios sibi maxime habeat obnoxios plurimumque utilitatis ex eorum artibus studiisque percipiat. P. 452. E. Postquam autem sophista eloquentiam eo pertinere iudicavit, ut aliorum voluntatem ac studia ad tuam ipsius sententiam flectere et regere possis, Socrates ei haec respondet: Nunc demum, inquit, intelligo te rhetoricen dicere opificem quandam persuadendi omnemque eius virtutem referre eo, ut aliis persuadeamus id, quod volumus. Sed illud quoque me edoceas velim, qui finis sit illius persuasionis et in quibusnam rebus ea cernatur. Num igitur tibi sola rhetorice videtur efficere posse hanc persuasionem, an aliae quoque artes? nonne quicunque rem quampiam docet, is eam aliis persuadet? Concedit Gorgias, quicunque doceat, eum aliis etiam persuadere. Inde vero Socrates concludit etiam arithmeticen, geometriam aliasque artes plurimas cum persuasione esse coniunctas, ut ea minime rhetoricae propria esse putanda sit, ideoque censet definiri oportere diligentius, qualis tandem sit et quorsum spectet illa persuasio, quam efficiat rhetorice. P. 453. A. — 454. A. Et huic quidem desiderio Gorgias statim satisfacit. Ait enim eam se intelligere persuasionem, quae in iudiciis aliisque hominum coetibus regnet quaeque ad iusta et iniusta pertineat. P. 454. B. — Sed quamquam nunc tandem apparuit sophistam dicere rhetoricen eam artem, qua aliis tuam sententiam de rebus iustis vel iniustis in publicis conventibus persuadeas, tamen ne in hac quidem sententia Socrates censet esse acquiescendum, ac deinceps id agit, ut hanc definitionem erroris coarguat. Itaque ante omnia docet multum interesse

inter scientiam (ἐπιστήμην) et inter fidem (πίστιν): scientiam enim semper cum veritate esse coniunctam, fidem autem saepenumero a veritate multum abesse. Id quod hac conclusione efficit: Fides sive πίστις vera et falsa esse potest ideoque errori obnoxia. Scientia sive ἐπιστήμη non est nisi vera ideoque errori non obnoxia. Ergo πίστις est ab ἐπιστήμη diversa. Quocirca duo iam discernit genera persuasionis, alterum, quo fides efficiatur scientia veri destituta *(Ueberredung)*, alterum, quo veri scientia vel augeatur vel confirmetur *(Ueberzeugung)*, ut fraudis et erroris suspicio aliena sit. Quibus expositis e Gorgia quaerit, utrius generis persuasionem arte rhetorica effici arbitretur. P. 454. B. — E. Et hic quidem non dubitat profiteri sibi omnem rhetorices vim ad fidem de iusto aut iniusto utcunque faciendam *(zu überreden)* referendam videri. Verum enim vero quod iustitiae et iniustitiae rursus mentionem iniicit Gorgias, hoc eiusmodi est, ut Socrates facillime inde capere queat reprehendendi argumentum. Quocirca hic iam sciscitatur, putetne ille rhetorem tantummodo de iusto et iniusto consuli, de aliis rebus, veluti de medicis publice creandis, de muris exstruendis, de ducibus eligendis, non audiri. Quo facto sophista, ne quid de artis suae dignitate detractum videatur, Themistoclis et Periclis exemplum ait satis testari etiam in his rebus deliberandis plus valere oratorum iudicium quam opificum auctoritatem: omnino enim rhetorices regnum tam late patere, ut prope omnia complectatur ceterasque artes in se contineat ac longissime dignitate superet. Ne vero Socrati orationis huius reprehendendae ullam relinquat occasionem, caute addit quaedam de recto usu artis rhetoricae. Arbitratur enim oratorem, etsi de quibuscunque rebus ita possit verba facere, ut aliis sententiam suam maxime probet, tamen non de ceterorum opificum fama turpiter detrahere, sed iuste adhibere artem suam debere: esse enim hanc communem legem artium omnium concertatoriarum, ut ne ad iniustum usum convertantur. Si igitur quispiam eloquentia sua abutatur, eius rei culpam non in artis magistros esse conferendam, sed illi ipsi tribuendam, qui ea male utatur. P. 454. E. — 457. C. — Haec postquam ille exposuit oratione satis copiosa, Socrates de quibusdam huius disputationis partibus diligentius cupit cum eo disserere eiusque rei veniam ab eo ita petit, ut simul se alienum ostendat ab inani contentione rixandique studio. P. 457. C. — 458. B. Sentiens autem Gorgias novis se difficultatibus irretitum iri, praesentium amicorum rationem habendam esse ait, quos vereatur ne harum rerum taedium iam diu ceperit. Sed tantum abest, hi ut ei assentiantur, ut omnes se hoc colloquio mirifice delectari fateantur. Quocirca Gorgias, ne caussam suam turpiter deseruisse videatur, Socratem iubet quaecunque voluerit interrogare: se enim ad omnia esse responsurum. P. 458. B. — D. — Itaque ille: Audi iam, inquit, o bone, quid mihi in superiore disputatione tua mirum acciderit. Profiteris enim te institutione ac disciplina tua alios reddere posse oratores, qui coram populo de omnibus rebus probabiliter dicturi sint, idque sic, ut non doceant, sed persuadeant. Igitur ex tua sententia inscius apud inscios perito dicet probabilius, nec opus erit oratori, ut cuiusque rei, de qua dicturus sit, vim et naturam perspexerit; sufficit potius aliquod persuadendi artificium tenere, quo quidque videatur melius rectiusque cognitum habere, quam viri prudentes ac periti. P. 458. D. — 459. C. Ait Gorgias hoc ita esse, in eaque re dicit cerni quam maxime artis rhetoricae virtutem ac praestantiam. Tum igitur Socrates: De hoc vero argumento disputabimus alias, si qua opus fuerit; nunc illud potius quaeramus, valeatne idem de iusto atque iniusto. Quid igitur censes? num rhetor, neglecta veri cognitione, solo usus persuadendi artificio id efficiet, ut apud insipientes verba faciens iustum et iniustum melius sapiente cognitum habere videatur, an ei, qui rhetoricen percepturus sit, necesse esse iudicabimus, ut, priusquam ad eam tractandam accedat, iusti et iniusti, turpis et honesti, boni et mali cognitione iam imbutus sit? utrum igitur tu, artis illius scilicet magister, horum omnium nihil trades discipulis tuis efficiesque institutione tua, ut illi, quamvis iusti et iniusti nullam habeant notitiam, tamen multitudini videantur eius cognitione ceteros antecellere; an ne poteris quidem cuiquam rhetoricen tradere, nisi quis iam ante cognoverit iustitiae iniustitiaeque naturam et rationem? P. 459. C. — 460. A. Sentiens Gorgias, quorsum haec spectent, ne quid absurdi dixisse videatur aut deinde turpis erroris coarguatur, Equidem arbitror, inquit, Socrate, haec quoque ex mea disciplina hausturum esse eum, qui eorum fuerit ignarus et imperitus. Sed quamquam haec satis caute et prudenter respondit, tamen ne sic quidem effugit structas ei insidias. Quum enim in superioribus dixisset non esse artis rhetoricae magistris vitio vertendum, si ipsorum discipuli arte sua abutantur, ideoque concessisset posse iniustum esse oratorem, Socrates iam subtiliter docere instituit repugnare ea, quae modo concessa

sint, superioribus mirifice. Quum enim oratorem oporteat ea, quae iusta sint, didicisse, ille vero, qui aliquid didicerit, talis evadat necesse sit, quale sit illud ipsum, quod didicerit, consequi arbitratur atque effici, ut rhetor nunquam non iuste agat ideoque semper et ubique iustus esse videatur. Haec igitur, quum superiori Gorgiae sententiae adversari videantur, digna esse ait, quae examinentur diligentius. P. 460. A.—461. A. Enimvero argumentatur hic Socrates callide e sua ratione, qua virtutis fundamentum ac principium positum esse statuebat in scientia et interiore animi persuasione, quae hanc haberet vim, ut quod quis verum, bonum, iustum, honestum esse cognovisset, id etiam in agendo sequeretur, quandoquidem virtutem censebat in vitae et actionis cum ratione et intellectu concordia contineri. Quam quidem sententiam apud Platonem saepissime ad ludificandos eos adhibet, qui virtutem unis rebus externis metiuntur et veritatis scientiae nomine suo dignae expertes levibus indulgent vitae quotidianae opinionibus, ita tamen, ut ista ratione simul callidissime veram sententiam suam veluti per transennas ostendat. De qua ipsius ratione v. Prolegg. ad Lachet. p. 20 seqq. ed. 2. Itaque hoc quoque loco significat rhetoricen, si iusti scientiam sibi adiunctam habeat, idem etiam in agendo esse sequuturam. Quod tamen quum deinde a Polo, Gorgiae assectatore, haud dubie secundum illius mentem negetur, consequens est, ut artem oratoriam iustitiae virtute carere appareat.

Etenim committit deinde Gorgias caussae disceptationem ultro amicis suis. Quod argumento est Platonem ipsi noluisse turpitudinis alicuius notam inurere, quippe cuius arti et ingenio ceterum plurimum tribuerit. Artificiose igitur sic instituit, ut iam prodeant in scenam qui illius decretis abusi turpem et inhonestam rationem defendant. Polus enim ostendit artis oratoriae commoda et utilitates eas esse, quae turpitudinis inhonestatem longissime superent. Callicles autem etiam ulterius procedit atque iniustitiae nihil prorsus turpis maculae adhaerere evincere conatur.

Primum igitur Polus, iuvenis ingenii calidioris, sermonem suscipit. Et hic quidem, sive non intellecta sive parum curata Socratis sententia, primum Gorgiae caussam defendit sic, ut eum dicat pudore quodam conturbatum concessisse rhetori rerum iustarum et iniustarum notitiam esse necessariam, videlicet ne fateretur eloquentiae magistros neque ipsos iustitiam tenere, nec aliis illius cognitionem posse impertire. Deinde admodum inclementer in Socratem invehitur,



qui interrogatiunculis suis soleat alios vexare et in errores implicare. Sed hic eleganti cum urbanitate ei respondet iuvenum esse viros labantes erigere et sustentare, adeoque eum modeste rogat, ut si qua vel Gorgias vel ipse erraverint, id velit indicare et corrigere; modo orationis ambages evitentur. Data autem vel interrogandi vel respondendi optione Polus suscipit partes interrogandi. Itaque Socratem rogat, quamnam artem rhetoricen esse censeat. P. 461. A. — 462. B. Respondet ille sibi eam videri non artem esse, sed usum quendam exercitatione collectum atque peritiam gratiae et voluptatis conciliandae, ut inter adulationis instituta numeranda sit. Esse autem eam censet civilis rationis (πολιτικῆς) particulae simulacrum admodum turpe. P. 462. B. — 463. D. Quae sententia neque Polo perspicua est et Gorgiae ipsi tam mira videtur, ut eam a Socrate cupiat dilucidius explicari. Itaque Socrates sic pergit disputare. Duae sunt, inquit, nostri partes, animus et corpus: ex quibus utrique sua est valetudo, vel bona illa atque prospera vel mala et aegra. Utriusque autem partis sanitas artibus quibusdam potest vel effici vel sustentari atque conservari. Sunt enim quae corpus sanum praestent, sunt etiam quae animi sanitatem tueantur et restituant. Et eam quidem artem, quae ad animum spectat, civilem (πολιτικήν) appello; illam vero, quae ad corpus refertur, non possum sic uno nomine comprehendere, sed corporis curationis, quae una est, duas pono particulas, unam artem gymnasticam, medicam alteram. Civilis autem rationis itidem duas discerno partes, unam artem legum scribendarum, quae ex altera parte respondet gymnasticae, alteram scientiam iudicialem, respondentem illam medicinae. Et hae quidem artes vere curant vel corporis vel animi salutem. Sed iis fraudulenter se admiscere solent quattuor artificia ab adulatione profecta, quae non salutem hominis, sed voluptatem spectant, neque ratione aut veri cognitione, sed solo usu et exercitatione nituntur. Nam arti medicae adiunxit adulatio coquorum artificium; gymnasticae addidit mangonum fraudes, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiuntur; arti legali adiecit sophisticam; denique iustitiae rhetoricen comitem addidit. Quae si vera sunt, apparet rhetoricen esse speciem quasi quandam atque umbram scientiae illius, quae in iustitia colenda tuendaque versatur, mentientem illam atque cum fraude simulantem verae artis virtutes atque dignitatem. Quoniam autem hae artes

omnes cognatione quadam inter se continentur, mirandum non est, quod vulgo sophistae atque rhetores commisceri neque satis diligenter discerni solent: qui error ipsis etiam iis, qui rhetoricen et sophisticen profitentur, communis est. Videtis igitur, quo iure dixerim rhetoricen esse adulationis particulam et civilitatis particulae simulacrum. P. 463. D. — 466. A. Quae quidem omnia nemo erit quin protenus videat maxime eo pertinere, ut rhetoricen intelligatur non immunem mansisse a sophisticae contagione, sed potius cum ea mixtam esse et conflatam. Nimirum hoc ipsum demum ubi tenemus, clara et perspicua fiunt ea, quae in proximis de eius vi et potestate deque iustitia et iniustitia aliter atque vulgo fiat informanda disseruntur.

Suscipit enim nunc denuo sermonem Polus, qui transmissis iis, quae modo exposita sunt, — ad quae tamen infra Socrates identidem revertitur, adversarium ita refutare studet, ut moneat oratores certe plurimum in civitatibus valere. Hoc autem iudicat non fuisse futurum, si rhetorice tam vilis tamque abiecta esset, quam illi videatur. Sed negat Socrates eam esse potentiam appellandam, quae habenti non sit utilis: nullam autem utilitatem oratoribus per illam potentiam afferri ex eo apparere arbitratur, quod nullam habeant earum rerum cognitionem, de quibus agant. Ad haec vero Polus ita respondet, ut summam esse eorum auctoritatem et potentiam demonstrare conetur. Possunt enim, inquit, quoscunque voluerint tyrannorum instar interficere, bonis suis spoliare, in exsilium eiicere, denique maximis malis afficere. Tum vero Socrates: Faciunt quidem isti quod lubet, non autem id, quod volunt, si quidem illud tantum volumus, quod nobis optimum sit. Quid quod facere, quae lubeat, adeo non est potentem esse, ut non raro summae insaniae argumentum habeatur. Cui quidem disputationi Polus quum non habeat quod recte opponi posse videatur, Socrati facile concedit, ut dictorum suorum sententiam dilucidius illustret. Itaque hic ita pergit disputare. Quae volumus, inquit, ea non propter se ipsa expetimus, sed propter finem aliquem nobis propositum; veluti medicamenta sumimus non propter ipsa, sed valetudinis caussa. Iam quum omnia aut bona aut mala sint aut nec bona nec mala, ea, quae in horum numero habentur, non sui, sed bonorum caussa velle atque facere solemus. Quorsum pertinent non solum illa, quae ire, sedere, currere, edere, bibere vocamus, sed etiam ea, quae tu oratori tribuisti, quem dicebas alios posse interficere, bonis suis privare, in



exsilium eiicere. At enim vero si quis orator aut tyrannus aliquem occidat aut bonis suis exuat, id existimans sibi esse melius, quum tamen sit peius, facit is quidem quod ipsi lubet, non autem quod vult, praesertim quum alteri malum inferat. Si autem id, quod non vult, facit, facile apparet haec non potentiae esse argumenta, sed potius imbecillitatis, si quidem ita demum aliquis multum valet, si boni alicuius caussa quidque perficit. P. 466. A. — 468. E. Sentiens Polus huius disputationis vim et gravitatem, ne ad silentium redigatur, Quasi vero tu, o Socrate, inquit, non cuperes in civitate gratia et auctoritate multum valere! Sed egregie Socrates: Nollem equidem hoc, si coniunctum esset cum iniuria: maius enim malum esse arbitror alios iniuria afficere quam ipsum affici; nec is, qui iniusto supplicio afficitur, tam miser est, quam qui alterum iniuste interfecit. Facere autem posse quae lubeat mihi quidem non videtur magnum quiddam esse: potest enim quilibet pugione arrepto aliis vim inferre ac tyranni personam sustinere; at poena sine dubio iniustum consequetur. Omnis igitur potentia, quae habenti damnum affert, nomine suo indigna; quodcunque autem iniuste perpetratur, id illi ipsi, qui perpetrat, damnosum iudicandum est. P. 469. A. — 470. C. — Hic vero Polus sibi videtur Socratem facile refutare posse. Affert enim exempla eorum hominum, qui, quum multa iniuste et improbe fecerint, tamen ab omnibus felices et beati habeantur, imprimisque commemorat Archelaum, Macedoniae regem. At ne haec quidem virum sapientissimum commovent, ut sententiam suam corrigat aut abiiciat. Negat enim quenquam beatum esse posse, qui iniuste agat, adeoque contendit miserum quidem esse eum, qui iniuste faciat sic, ut poenas iniuriae luat, sed multo miseriorem illum esse iudicandum, qui, quum improbe et iniuste fecerit, male factorum poenam solvat nullam. P. 470. D. — 472. E. — Hanc vero sententiam certius probaturus et argumentis luculentioribus confirmaturus disputationem deinceps hoc modo persequitur. Dico equidem, inquit, iniuriam facere peius esse quam iniuriam accipere eosque, qui iniuste agant, omnino esse miseros, miserrimos autem illos, qui iniuriae nullam poenam dent. Quamquam scio hoc permirum videri magnae multitudini. P. 473. A. — 474. B. Etenim si iniuriam facere turpius (αἴσχιον) est quam accipere, de quo plerique omnes consentiunt, consequitur, ut etiam peius (κάκιον) sit. Nam quaecunque pulchra sunt, ea pro pulchris habentur vel propter volu-

ptatem, quam afferunt, vel propter utilitatem vel propter utrumque, pariterque turpia vel ob dolorem vel propter damnum vel propter utrumque simul turpia censentur. Itaque si quid alio quopiam pulchrius est, tale illud exsistit maiore quam habet vel utilitate vel voluptate, vicissimque si quid turpius alio quopiam censetur, turpius iudicatur vel propter maiorem dolorem, quocum est coniunctum, vel quia maius damnum affert. Si igitur turpius est iniuriam facere quam accipere, id apparet ita esse, aut quia illud plus doloris habet, aut quod malo alterum superat, aut quoniam tam doloris quam mali atque damni plurimum habet adiunctum. Quum vero minus doloris habeat maleficium quam iniuriae perpessio, necesse est iniuriam facere quam accipere turpius iudicari propterea, quod plus mali habeat. Iam si illud propter malum censetur turpius, consequitur, ut etiam peius sit. Quidquid enim malo aliud quid superat, id merito illo peius (κάκιον) esse iudicatur. Ex quibus consequitur, ut nemo recte malit iniuriam facere quam accipere: illud enim altero non solum turpius est, sed etiam peius. P. 474. C. — 475. E. — Iam vero ubi isto modo demonstratum est turpius peiusque esse iniuriam inferre quam tolerare, progreditur Socrates ad probandam sententiam suam, qua eum iudicaverat esse longe miserrimum, qui malefactorum suorum poenas nullas daret. Argumentatur autem fere hoc modo. Poenas dare et iuste castigari, si feceris iniuste, unum idemque esse recte iudicamus. Porro quaecunque iusta sunt, eadem etiam pulchra sunt. Iam quale est id, quod quis alii cuidam facit, tale item habetur quod alter ab eo patitur. Negari autem non potest poenas dare nihil esse aliud nisi pati aliquid ab alio quopiam recte castigante. Iam qui castigat recte, is, quoniam etiam iuste castigat, iusta facere iudicandus est. Itaque qui castigatur ita, ut poenas luat, is iusta patitur. Iusta autem pulchra esse antea concessisti. Pulchra porro bona esse diximus vel propter iucunditatem vel propter utilitatem. Unde apparet boni quid accidere ei, qui puniatur. Ergo etiam utilitatem ex poena percipiet: quae in quanam re cernatur, non est difficile explicare. Liberatur enim animi pravitate, hoc est malo maximo, quandoquidem iniustitia omnium et corporis et animi pravitatum est turpissima atque pessima. P. 476. A. — 477. E. Quum autem una sit iustitiae exercendae ars atque ratio (δίκη), per quam, sicuti per medicinam a morbis corporis, ita ab animi pravitate et iniustitia liberamur, dubitari non potest, quin ea



et longe pulcherrima et omnium utilissima habenda sit. P. 478. A. — C. Quae si vera sunt, eum, qui male factorum nullas poenas luat, omnium miserrimum esse facile apparet. Nam quemadmodum is, qui plane non aegrotat, beatior est eo, qui se sanandum curat, contra miserior ille, qui, quum morbo aliquo laboret, tamen se medico curandum non tradit, quam is, qui a malo vindicatur, ita beatissimus est qui nulla laborat animi pravitate; huic proximus videtur qui ab illa vindicatur, hoc est, qui monetur, castigatur, punitur; pessimus autem miserrimusque omnium merito habetur ille, qui, quum improbus iniustusque sit, nulla poena castigatur et ad meliorem mentem revocatur ideoque aetatem degit vitiis inquinatus maximoque malo, hoc est improbitate et iniustitia, oneratus. Quocirca tantum abest, ut qui iustam poenam facinorum suorum effugiunt felices praedicandi sint, ut miserrimi omnium habendi videantur. P. 478. C. — 479. E. Iam si ex iis, quae disputata sunt, aestimemus, quaenam sit rhetorices utilitas, ea plane nulla esse videbitur. Solent enim oratores artem suam plerumque adhibere ad excusanda aut defendenda ea, quae improbe et iniuste facta sunt, et quum homines, si saperent, sese, ut medico in morbis corporis, ita iudici in morbis animi curandos castigandosque sua sponte tradituri essent, illi id student efficere, ut inveteratus iniustitiae morbus animum reddat exulceratum atque insanabilem! — Itaque ei, qui iniuriam aliis inferre non solet, haud sane magnam afferre potest rhetorice utilitatem, si modo ulla est eius utilitas. P. 480. A. — 481. B.

Hic vero Callicles Atheniensis, hospes Gorgiae atque Poli, homo reipublicae gerendae studiosus, qui Polum animadvertit ad silentium esse redactum, ultro sermonem suscipit magnoque cum animi ardore caussam in discrimen adductam tueri conatur. Dicas mihi, inquit, o Socrate, utrum te existimemus nunc serio loqui, an vero ludere ac iocari? Quippe si vera sunt quae tu dicis, nonne vita hominum plane eversa erit omnesque videbuntur facere contraria iis, quae fieri oporteat? Cui Socrates respondet philosophiam, ut ita statuatur, utique suadere et plane flagitare. Cuius vox et sententia nisi redarguatur, hominem ipsum videri secum non concinere, sed per totam vitam discrepare. P. 481. C. — 482. B. Tum vero Callicles, reprehenso nimio Gorgiae et Poli pudore, quo falsa concesserint, discrimen ait constituendum esse inter legem (νόμον) atque natu-

ram (*φύσιν*)*). Et Socratem quidem dicit consulto id, quod natura turpius sit, confudisse cum eo, quod lege sit turpius, atque ita disseruisse, quasi quod lege turpius sit, idem turpius sit natura. Hinc factum esse, ut evicisse videatur peius esse iniuriam facere quam accipere, quum tamen secundum naturam is, qui patiatur iniuriam, deterior sit eo, qui illam inferat. Servi est enim, inquit, patienter tolerare iniurias, atque eius, qui sibi ipsi plane deest. Itaque vulgus hominum, quum suam intelligeret imbecillitatem, sanxit leges, quibus omnis iniuria prohiberetur; natura vero robustioribus fortioribusque nihil non concedit ideoque validioribus dedit ius imperandi iis, qui sunt imbecilliores: id quod quum alia, tum populorum exempla satis docent, quorum opulentissimi ac potentissimi aliis imperitare solent. Itaque philosophia iustitiae rationem omnem funditus evertit, quippe quae illud, quod legibus est sancitum usuque hominum confirmatum, unice pro iusto probet argumentisque tueri studeat. Atque haud scio, an hominum generi nihil perniciosius datum sit quam philosophia. Quae ut in pueris et adolescentulis, si modeste tractetur, non improbanda sit, tamen in viris nullo modo ferenda est. Haec enim homines adeo corrumpit, ut nihil magni, nihil praeclari, nihil excelsi et generosi sustineant unquam gerere. Sedent philosophi domi et in angulis latent; vitant hominum societatem; fugiunt lucem publicam; abscondunt se cum tribus quattuorve adolescentulis in latibulis, ut de rebus exilibus nulliusque momenti cum illis garriant; sed ubi iis aliquid vel in sua ipsorum vel in aliena caussa agendum est, inopes consilii haerent, trepidant, nesciunt quo se vertant. Nonne vero, o Socrate, turpe est ita se habere, quemadmodum te ceterosque habere arbitror, qui aetatem omnem philosophiae studio transigitis? Enimvero si quis te in iudicium rapiat, dictitans te ipsi iniuriam intulisse, licet nullam intuleris, profecto non habebis quid dicas aut facias, sed haesitabis et os diduces et ages ineptias, ac, si accusator tibi contigerit malus et improbus, eo res perveniet, ut tibi, quamvis innocenti, moriendum sit**). Quocirca mihi, o bone, obtempera et, missis istis nugis, aliquando in rebus honore dignis te exerce,

*) Plane cum his conveniunt quae de iuris secundum *τὸν νόμον* et *τὴν φύσιν* discrimine disputantur De Republ. II. p. 358 seqq. Legg. libr. X. 880. B. seqq., ubi v. comment.

**) Cum hac philosophiae reprehensione conferendus est praeclarus ille locus Theaeteti p. 172. C. seqq. Gellius N. A. X, 22.



unde et aliis sapere videberis et percipies utilitatis fructum largissimum. P. 482. B. — 486. C.

Haec postquam Callicles peroravit, Socrates simulata pro more suo inscientia urbana cum irrisione ab eo petit, ut quid illud sit, cui studere debeat, et qua ratione id ipsum sit assecuturus, edocere velit. Ante omnia vero audire vult, quomodo illud sit intelligendum, quod dixerat Callicles, secundum naturam (*κατὰ φύσιν*) meliorem imperare peioribus atque plus iuris habere praestantiorem viliore. P. 486. D. — 488. B. Rogat igitur, num meliorem et praestantiorem intelligi voluerit validiorem. Affirmat hoc Callicles. Sed brevi ad absurdum deductus, mutata sententia, prudentiores dicit meliores, quos ait naturae iure imperium in deteriores exercere. Sed hic quoque captiosis Socratis interrogatiunculis circumventus mox fatetur se meliores dixisse eos, qui in rebus publicis gerendis fortes sint ac prudentes, atque contendit naturae ius hoc postulare, ut hi ceteris imperent aliisque plus habeant. P. 488. B. — 491. D. Quae postquam Socrates audivit, continuo interrogat, an non isti et sibi suisque cupiditatibus imperare ac temperantes esse debeant. Ad quam quaestionem ille sic respondet, ut deposito omni pudore cuiusvis turpitudinis patrocinium suscipiat.

Ait enim iam eum demum esse bonum beatumque virum, qui et habeat cupiditates quantum possit maximas et eas ita queat explere, nullis ut legibus coerceatur. Nam quae de iustitia, temperantia, aliis virtutibus, vulgo praecipiantur, ea deberi multitudinis imbecillitati, quae has leges ideo tulerit, ut homines ingenio ac fortitudine praestantes certe aliquatenus coercerentur. Imo luxuriem, intemperantiam, indomitam quidvis agendi licentiam, firmo praesidio munitam, eam demum esse virtutem vitamque vere beatam. P. 491. D. — 492. D. Miratur Socrates primum istam oris libertatem, deinde vero turpissimas hominis opiniones ita refellere instituit, ut et similitudine aliqua utatur ex alicuius philosophi doctrina desumta et argumenta ex ipsa rei natura repetita in medium afferat. Sed ipsum audiamus disputantem. — Misera vero, inquit, o Callicle, ista videtur vita, quam tu modo laudasti, atque morti simillima, neque temere arbitror eum iudicavisse, qui nos iam nunc mortuos censuit adeoque corpus nostrum sepulcrum nominavit. Atque eandem ob caussam, opinor, scitus quidam vir, Siculus vel Italicus, nomine nonnihil mutato, eam nostri

partem, in qua insunt cupiditates, dolium appellat, quod in stultis et non initiatis perforatum sit, ita ut continuo diffluat quidquid infundatur. Itaque idem ille eos, qui perpetuo id agant, ut cupiditates expleant suas, iis similes esse iudicavit, qui apud inferos in dolium perforatum cribro item perforato aquam infundere narrantur. Quamquam sentio hanc imaginem non id effecturam, ut tuam mutes sententiam. Itaque aliam nunc addam comparationem ex eadem schola repetitam. Fingamus igitur duobus hominibus multa esse dolia, integra alteri et vino, melle, lacte, aliis liquoribus repleta, perforata alteri, putrida et laticibus ad comparandum difficillimis impleta: ille de doliis suis erit securus neque ullo modo sollicitus; hic dies noctesque cura et sollicitudine angetur, ut quantum diffluxerit, tantum denuo in dolia infundatur, misereque cruciabitur. Quid igitur censes? nonne illi temperans similis est, huic vero intemperans? et nonne inde apparet modestam vitam intemperanti esse longissime anteponendam? P. 492. E. — 494. A. Verum enim vero, quemadmodum superiore illa similitudine non potuit Callicles ad repudiandam sententiam suam permoveri, ita ne hac altera quidem efficitur, ut sola temperantia vitam felicem et beatam contineri concedat. Acute enim iudicat eum, cui dolia perpetuo repleta maneant, nullam amplius percipere voluptatem, ut quae nulla alia re comparetur, nisi continuo hauriendi infundendique labore. P. 494. A. B. Quum igitur Socrates hominem videat pertinaciter tueri sententiam suam, missis imaginibus et comparationibus ad disserendi subtilitatem revertitur eaque utitur tam prudenter atque graviter, ut ille mox in alia omnia transire cogatur. Nempe est sane hic mos Platonis, ut, sicubi disputatio non tam ad vanas opiniones refellendas, quam ad verum exquirendum atque demonstrandum comparata est, Socratem suum iubeat severiore uti dialectica, quae ab argutis cavillationibus et captiosis argumentationibus abstineat. Quamobrem dehinc iucundi et boni discrimen tanta gravitate demonstratur, ut philosophus etiam postea in hac caussa iisdem argumentis usus esse reperiatur. Videamus igitur iam de universi loci ad omnem Platonis philosophiam sane quam gravissimi argumento. — Si vita beata, inquit Socrates, in eo cernitur, ut esurientes edamus, sitientes bibamus, denique cupiditates nostras omnes expleamus, etiam scabiosi, dum sese fricant, atque ii, qui turpissimis se dedunt voluptatibus, felices beatique praedicandi erunt, si quidem nullum reperitur inter voluptates discrimen. Vide igitur, o bone, ne voluptas non omnino honesta ac



bona sit. P. 494. C. — 495. B.*) Negante autem Callicle iucundum a bono esse diversum, Age dum, inquit, rem exquiramus accuratius. Scientia igitur et fortitudo omnium iudicio bonae sunt**), sed easdem iucundas esse non omnes aeque largiuntur. Bonum igitur si idem sit atque iucundum, sequitur scientiam et fortitudinem simul esse et bonas et non bonas, quoniam non item iucundae sunt. Quod certe fieri nequit. Ergo bonum et iucundum non idem esse consequitur. P. 495. C. — E. Dubitante vero etiamnum Callicle de huius iudicii veritate, rem etiam explanatius dilucidare instituit. Est genus rerum, inquit, inter se contrariarum, quae nunquam coniunctae possunt in uno eodemque inesse. Quorsum pertinent felicitas et infelicitas, sanitas corporis et morbus, robur et imbecillitas, alia multa. Nam, ut exemplo utar, ingruente morbo tollitur prospera corporis valetudo, et imbecillitate corpus occupante pristinum eius robur evanescit, atque vicissim. Ad hoc autem rerum genus dubitari non potest quin etiam bonum et malum referendum sit. Etenim ubi mala incidunt, ibi tolluntur bona, et vicissim in locum malorum, quae auferuntur, continuo rursus bona succedunt. Quae si vera sunt, certissime consequitur, ut quae simul in eodem inesse queant unaque accedant recedantque bona malave esse non possint. Iam vero negari non potest in cupiditatibus explendis duo adesse solere contraria, ut recte contendi videatur voluptates inde oriundas in numero bonorum non esse habendas. Quum enim unaquaeque cupiditas coniuncta esse soleat cum indigentia quadam et molestia, veluti quum sitimus et esurimus, tamen, dum illa expletur, cum indigentiae sensu simul adesse solet iucunditatis voluptatisque perceptio. Solemus enim sitientes bibere et esurientes edere, hoc est dolentes simul gaudere. Itaque dolorem et voluptatem a bono et malo differre prorsus necesse est***). P. 496. A. — 497. A. — Postquam Socrates hoc quoque argumento demonstravit iucundum a bono esse diversum, Callicles, ne turpiter refutatus discedat, se ad minutas istas vilesque interrogatiunculas amplius responsurum negat. Cohortante tamen Gorgia, ut ne sermonem tam cito abrumpat, rursus disserere remque diligentius etiam explorare instituit. Sequitur igitur tertia ratio, qua iucundum a bono diversum

*) Comparandus de his locus Philebi est p. 46. D. — 47. B.
**) De fortitudinis cum scientia coniunctione v. Lachet.
***) Conf. cum his Phileb. p. 32. B. 33. C. 34. E. 51. A. 53.

esse evincitur. — Docet enim Socrates bona et mala nunquam simul amitti, sed alterum semper alterius locum occupare. Longe aliam autem esse rationem ait doloris et voluptatis: hanc enim una cum illo saepe finiri uno eodemque tempore neque diutius eo sentiri*). Quae res quo clarius intelligatur, quum alia affert in medium, tum sitientium bibentiumque exemplum commemorat. Hos enim ait sitim atque voluptatem bibendo perceptam simul amittere: siti enim restincta etiam bibendi iucunditatem finiri. Quae quidem omnia quum ita comparata sint, ut a Callicle in dubium vocari non queant**), Socrates, ut sententiam suam magis etiam confirmet, ad quartum progreditur argumentum, quo boni et iucundi naturam diversam esse demonstret. P. 497. A. — D. Accidit saepenumero, inquit, ut malus magis vel gaudeat vel doleat quam bonus et honestus. Veluti timidus atque ignavus hostibus appropinquantibus vel discedentibus multo vehementius angitur aut laetatur eo, qui est strenuus ac fortis. Si igitur iucundum et bonum esset unum idemque, sequeretur etiam, ut malus, quia bono vehementius gaudet et plus percipit voluptatis, melior bono saepenumero iudicandus esset. Qua ratione nemo est quin videat omnem tolli honestatis voluptatisque diversitatem***). P. 497. E. — 499. A. — Tum vero Callicles, errorem suum callide dissimulans, Putasne tu, o bone, inquit, me aut quemvis alium hominem non existimare alias voluptates esse meliores, alias peiores? Qua hominis sententia comprobata Socrates deinde subtilissima argumentatione demonstrat humanarum actionum finem non ad illud spectare, quod iucundum appellemus, sed unice ad bonum referri. Quum ex tua ipsius sententia, inquit, voluptatum aliae bonae, aliae malae sint, illae autem utiles, hae inutiles et noxiae merito habeantur, sequitur, ut hae aspernandae sint, illae vero unice expetendae. Itaque tantum abest, ut voluptatis caussa quidquam faciamus, ut illa ipsa, quae iucunda sunt, bonorum gratia eligenda et expetenda videantur, de qua re etiam Polum assentientem habeo†). P. 499. B. — 500. A. — Transfert autem haec ad artem oratoriam docetque accuratius, cur rhetorice in superioribus ab adulatione pro-

---

*) Conf. Phaedon. p. 60. B. C. D.

**) De hac argumentatione conf. Phileb. p. 39. D. 43. A.

***) Ad haec contendas Phileb. p. 45. C. E. 55. B.

†) De boni et iucundi discrimine v. praeter ea, quae modo indicavimus, Phileb. p. 12. C. seqq.



ficisci iudicata sit adeoque adulatrix appellata. Etenim Socrates, Recordemur igitur iam, inquit, quae ego Polo ac Gorgiae exposui, esse quaedam instituta, quae unice spectarent voluptatem, quid autem malum aut bonum esset, minime curarent. Quum vero nunc agatur de re longe gravissima, quandoquidem quaeritur, qua ratione vivi oporteat, utrum ea, ad quam tu me cohortaris, ut virilia scilicet negotia tractem et factitem artem oratoriam, an illa, ad quam philosophia me excitat, noli iam ludere ac iocari, sed quam diligentissime mecum exquire, quid inter se differat utraque haec vivendi ratio, et quid ii sequantur, qui se alterutri dedant. P. 500. A. — E. — Diximus vero antea esse quasdam verarum artium quasi imitatrices, quae, quum naturam cuiusque rei non explorarent, peritia quadam usu et exercitatione collecta continerentur solamque spectarent voluptatem, neglecta prorsus verae utilitatis honestatisque ratione. Quemadmodum autem intelleximus referri quaedam eiusmodi artificia ad corporis curam delectationemque, veluti coquorum, ita etiam studia quaedam reperiuntur, quae, quum ad animum pertineant, tamen omnia metiuntur voluptatibus, plane non habita ratione boni, ad quod respiciendum sit. Quorsum pertinent ars *αὐλητική* et *κιθαρῳδική*, chororum *διδασκαλία*, porro poesis dithyrambica; denique etiam augusta illa atque grandis tragicorum ars, quae et ipsa magis ad voluptatem spectatorum quam ad bonitatem honestatemque comparata est. Qui quidem locus, ut hoc per occasionem moneamus, quod philosophus hic de artibus musicis data opportunitate idem iudicavit, quod postea in Republica et Legibus statuit, quosdam commovit, ut parum recte colligerent eum etiam in Gorgia ampliora spectasse et rhetoricen exempli tantum loco posuisse. Sed revertimur ad proposita. Faciamus autem, inquit porro, tolli ac removeri ex poesi modos, numerum atque versus: quid tum remanebit? Nimirum nihil nisi orationes (*λόγοι*) poetico ornatu exutae. Ex quo intelligitur poesin esse orandi quandam artem ab adulatione profectam, hoc est solas audientium spectantem voluptates*). P. 500. E. — 502. D. Iam vero rhetorice illa, cuius tanta est apud populum Atheniensium auctoritas et gratia, quid tandem nobis esse videtur? Utrum oratores tibi videntur boni honestique gratia dicere, id solum spectantes, ut orationibus suis cives quam optimi evadant, an

---

*) Platonis de poesi iudicium aestimes ex iis, quae De Rep. III. p. 392 seqq. et p. 598. D. seqq. disputantur.

hi quoque solam spectant voluptatem, propter suam ipsorum utilitatem bono publico nihil consulentes omniaque, vera civium salute neglecta, ad iucunditatem ac delectationem referentes? P. 502. E. Nempe est sane eadem plane illius ac poesis ratio. Monet hic Callicles esse tamen inter oratores discrimen constituendum: reperiri enim inter illos qui civium saluti prospiciant. Quam sententiam prorsus comprobat etiam Socrates. Sed quamquam duplex rhetorices genus per se spectatum discerni recte posse largitur, tamen neminem unquam Athenis exstitisse oratorem contendit, cui id fuerit propositum, ut Athenienses exsisterent meliores. P. 503. A. — C. Solere enim oratores, quum debeant optimi caussa dicere et orationem suam ad optimi speciem comparare, temere verba proiicere nec spectare id, quod animo laudem bonitatis conciliet. P. 503. D. — 504. A. Nam quemadmodum opifices in corporis cura versantes, veluti medici et luctandi magistri, id propositum habeant, ut corpus ordinem quendam et ornatum, hoc est sanitatem ac robur, nanciscatur, ita iis, qui studia tractent ad animorum cultum pertinentia, hoc ipsum propositum esse debere, ut animis concilietur ordo et ornatus quidam, qui in iustitia ac temperantia cernatur. Tantum autem abesse, ut oratores civium animos harum virtutum amore imbuant, incontinentiae vero et iniustitiae odio repleant, ut mirifice indulgeant eorum cupiditatibus augeantque vitia, quae fuerint castiganda et reprimenda. P. 504. A. — 505. B. — Hanc vero iudicii acerbitatem indignatus Callicles se amplius cum Socrate disserere velle negat. Sed mox eo saltem permovetur, ut se illi saltem auscultaturum polliceatur, videlicet ne sermo imperfectus relinquatur. P. 505. C. — 506. C. — Itaque Socrates iam Callicle optante solus sermonem persequitur ulterius ipse se interrogans sibique respondens. Prudenter vero summatim iam repetit quae antea cum Callicle disseruerat. Iucundum et bonum igitur, inquit, inter se invicem diversa sunt: iucundum porro boni caussa est faciendum: bonum autem illud est, quo praesente boni evadimus: boni vero sumus, quando virtus nobis adest, quae quidem ordine et ornatu (*κόσμῳ*) efficitur. Itaque animus, qui virtutis particeps est, item est bene ordinatus (*κόσμιος*) ideoque temperans (*σώφρων*). Temperans autem animus ea facit, quae et erga deos et erga homines facienda sunt, hoc est sancta, ubi de diis agitur, atque iusta, quod ad homines attinet. Talis autem hominis animus etiam fortis erit: neque enim viri temperantis est cedere volupta-



tibus aut doloribus, sed quod sequendum vel fugiendum est, id constanter sequitur. Itaque vir bonus est temperans, iustus, fortis, sanctus, idemque etiam est beatus, contra intemperans et iniustus omnium miserrimus*). P. 506. C. — 507. D. Et si totam intuemur rerum naturam, illam animadvertimus propter ordinem et ornatum et moderationem et iustitiam a sapientibus m u n d i (*κόσμου*) nomine esse insignitam. P. 507. D. — 508. A. Valet enim aequalitas geometrica et apud deos et apud homines, ut habendi cupiditati minime sit indulgendum. Quod si ita est, sponte consequitur vere me antea (p. 486. B. C.) iudicavisse accusare quemque debere se ipsum et filium et amicum, si quid iniuste fecerit, et rhetoricam ad hoc ipsum adhibendam esse, siquidem iniuriam facere quam accipere revera tanto est peius, quanto est turpius; nec vero recte mihi obiecisti, o Callicle, me non posse auxiliari neque mihi ipsi neque amicorum cuiquam et omnibus expositum fore iniuriis et contumeliis et suppliciis: nam maximum malorum procul dubio est iniustitia iniuste facienti, idque tanto magis, si quis iniuste factorum nullas poenas luat. P. 508. B. — 509. C. Iam vero quid tandem homo praesidii et auxilii sibi comparare poterit, ut utrumque hoc commodum percipiat, unum, ne ipse faciat iniuriam, alterum, ne iniuriam accipiat? Nimirum posterius quidem ut ne ipsi accidat, caveri poterit externa potentia. Prius autem illud ut ne fiat, praeter suam cuiusque voluntatem — nemo enim sciens facit iniuriam — scientia quadam et arte opus est. Et ad arcendam quidem aliorum iniuriam sine dubio illud valet, ut aut ipse in civitate imperes ac domineris aut imperii iam constituti assentator sis ideoque iis amicus fias, qui imperio potiti sunt, ita ut iis evadas simillimus adeoque una cum illis rebus iisdem et gaudeas et doleas. At enim vero isto quidem pacto fieri non poterit, quin ipse in maximum malum incurras, quum improbo futurus sis animo et pravi imitatione corrupto. P. 509. C. — 511. A. Quocirca probus et honestus vir sibi utique cavebit, ut ne iis, qui dominentur, isto modo inserviat, quippe persuasum habens non id esse studendum, ut quam diutissime vivat, ideoque eas colendas esse artes, quae nos a periculis liberent et

*) Revocantur hic consulto virtutes omnes ad *σωφροσύνην*, non commemorata *τῇ φρονήσει*, propterea quod Callicli intemperantiae laudatori occurrendum fuit. Nec vero ea ratio ab iis abhorret, quae leguntur X e n o p h. Mem. III, 9, 4.

incolumes servent, quale est rhetorica ista, quam tu praedicas. Nimirum haec per se non adeo magni est aestimanda, nisi forte etiam ars nandi, gubernandi, machinas bellicas construendi plurimi sit facienda, quae tamen ipsa sese non adeo iactat, utpote probe sciens unius corporis conservationem sine reliqua hominis salute rem esse non adeo magnam. Itaque vide, o bone, ne aliud quid generosum sit atque bonum, quam servare ac servari, ac ne illud ipsum, quod toties crepatur, quam diutissime vivere, vir fortis et hoc nomine dignus missum facere debeat vitae non adhaerescens, sed id totum deo committere ac potius curare, quomodo tempus ad vivendum datum quam optime transigat, alioquin de optimo, quod homini obtigerit, misere periclitaturus. P. 511. B. — 513. C.

His disputatis Callicles: Bene vero mihi videris dicere, o Socrate, sed nescio, quomodo mihi accidit quod plerisque, ut mihi non satis persuadeas. Cui Socrates urbane: Nimirum captum te populi amor tenet, qui animum tuum occupavit. Quocirca, age, consideremus iam haec iterum atque melius, si forte aliter tibi persuadeas. Recordare igitur nos antea (cap. 15. coll. 19.) duas statuisse rationes tam corpus quam animum curandi: unam hanc, quae hanc curationem tractaret voluptatis caussa, alteram hanc, quae ad optimum spectaret neque cuiquam gratificaretur, sed repugnaret. Et altera quidem, quae ad voluptatem comparata est, videtur omnino ignobilis esse ac nihil nisi abiecta adulatio. Altera vero id spectat, ut id, ad quod pertineat, quam optimum efficiatur, sive corpus sit sive animus. Iam vero in superioribus inter nos convenit civitatem atque cives ita esse curandos, ut quam optimi evadant. Nihil enim prodest beneficium in alios conferre, nisi illi mente utantur bona et honesta. Id ipsum autem, sicuti aliae artes, quae boni quid effecturae sint, procul dubio requirit rei scientiam et idoneum usum. Hoc igitur etiam in gerenda republica est spectandum, ad quam qui accedere velit, is certe id debet sibi proponere, ut cives quam optimi fiant, ideoque idoneam boni scientiam tenere. P. 513. D. — 515. C. At enim vero hac ipsa laude qui dignus sit, nec inter superiores nec inter hodiernos viros civiles facile aliquem invenias. Nam Cimon, Miltiades, Themistocles, Pericles, et si urbem amplificarunt varieque ornaverunt, tamen civium temperantiam et iustitiam haudquaquam auxerunt. Quocirca cives eis etiam malam retulerunt gratiam adeoque ipsos male tractaverunt: quod certe aliter fuisset eventurum, si revera illi boni fuissent oratores et cives meliores reddidissent. Id quod etiam de sophistis ita iudicandum est, qui temere conqueruntur, quod a discipulis suis debitam sibi institutionis mercedem non accipiant neque grati animi documentis ornentur. P. 515. D. — 519. E. Noli enim tu, o Callicle, hanc sophistarum cum viris civilibus comparationem aegre ferre; — quippe homines in publicis versantes negotiis non raro sophistas, utpote nullo merito publico insignes, quamvis eorum imbibissent opiniones, tamen fastuose contemnebant, ipsi suis meritis scilicet superbientes, e quorum numero est etiam Anytus in Plat. Menon. p. 90. B. seqq., ubi in sophistas inclementius invehitur. — Itaque Calliclem similiter hanc comparationem indignatum admonet haec Socrates, his etiam verbis additis, quibus rursus de sophistices et rhetorices cognatione exponitur: habent enim, inquit, sophistae, qui sese virtutis magistros profitentur, atque rhetores maximam sane affinitatem; quin sophistae illis etiam anteponendi videntur: nam quantum ars legislatoria arti iudiciali praestat et gymnastica medicae, tantum rhetorem antecellit sophista. Neuter tamen de populi aut discipulorum iniustitia habent quod iure querantur, praesertim quum ipsis vel maxime conveniat beneficia sua ultro ac sine mercede aliis impertiri, siquidem vulgo turpe existimatur alteri, quum possis, ostendere nolle, quomodo quam optimus fieri optimeque suam ipse rem domesticam vel civitatem administrare queat. P. 520. A. — E.

Haec omnia postquam Callicles probavit, Socrates revertitur ad quaestionem supra propositam ostenditque rhetoricam, de qua dixerit Callicles, pravam esse et vivendi rationem ab eo laudatam bono viro esse indignam.

Ad utram igitur, inquit, me cohortaris civitatis curationem? num ad hanc, qua contendam, ut Athenienses quam optimi evadant, an ad adulatoriam illam, qua eorum inserviens cupiditatibus omnia ad voluptatem delectationemque referam? Dicas mihi, o Callicle, libere, quid sentias, ac perge, quemadmodum coepisti, fidenter mecum agere. Ad haec ille satis impudenter: Ego vero te cohortor ad hanc posteriorem administrandae reipublicae rationem, eiusque rei caussas afferam. Sed Socrates sermonem eius interpellans oratione sua, Ne rursus mihi dicas, inquit, quae iam saepius attulisti, occisurum me quicunque voluerit, ne ego vicissim tibi reponere coactus sim quae iam in superiore sermone respondi. At vero, inquit ille, nimium quidem mihi videris confidere nihil horum tibi unquam eventurum. Quasi vero

procul hinc habites nec facile possis vel ab improbissimo quoque in iudicium rapi! Tum Socrates: Ego vero insanus sim, Callicle, nisi existimem in hac civitate quemvis periculis omnis generis esse expositum. Illud tamen certo scio, si in iudicii discrimen adducar, improbum fore eum, qui me illuc deducturus sit: nemo enim probus et honestus vir innocentem in tale periculum coniiciat. Quamquam minime mirandum erit, si morti obiiciar. Arbitror enim me fere solum inter Athenienses veram artis civilis rationem tenere atque colere (p. 521. D.). Quoniam autem non id, quod iucundum est, sed unice illud, quod optimum videtur, sectari soleo ideoque lenocinia illa et delicias, quibus vulgo Athenienses capiuntur, nihili aestimo, sane non habebo quo me in iudicio defendam. Neque enim voluptates ac delicias, quas iis comparaverim, commemorare potero, et si quis me dicat iuvenes ita corrumpere, ut sermonibus meis in summam redigantur consilii inopiam, vel viros ac senes acerbe reprehendere et castigare, haec omnia verissime de me dici fateri debebo. Respondenti autem Callicli miserum sibi videri eum, qui neque sibi neque aliis auxiliari possit, haec reponit: Mihi quidem is minime videtur miser habendus, qui neque adversus homines nec adversus deos iniusti quid dixerit unquam aut perpetraverit; atque hoc aio praestantissimum esse auxilium, quod quis sibimet ipsi ferre queat, ut nulla pallescat culpa. Nemo enim sapiens mortem reformidat, iniusta autem facinora reformidat, quorum poenam novit etiam post mortem instare. Quippe summum omnium malorum est animo vitiis repleto ad inferos migrare. De qua re audi narrationem, quam etsi fabulam esse putabis, tamen scito esse verissimam. P. 521. A. — 522. E.

Animus enim, quum post mortem ad inferos discessit, nudus ibi iudicatur, ut nihil possit impedire, quominus iudices eum plane cognoscant. Nam animi a sceleribus in hac vita commissis ulcera et vibices contrahunt. Iudices autem, ulcerum natura accurate cognita, iudicant, utrum animi sint sanabiles necne. Et sanabiles quidem puniuntur poenisque corriguntur ac sanantur. Insanabiles autem in aeternum vehementissimis cruciatibus torquentur, quibus ipsi nullam utilitatem percipiunt, sed aliis in exemplum proponuntur. Qui vero omnis labis expertes manserunt, ii in insulas beatorum migrant ibique beatum et immortale degunt aevum. P. 523. A. — 526. C.

Ego igitur, o Callicle, quum his narrationibus fidem habeam, id semper mihi agendum iudicavi, ut ad iudicem veniam animo quam sanissimo praeditus, ac te quoque hortor, ut missis rebus inanibus te castum purumque serves. Alioquin enim, ubi ad iudices inferorum veneris, ringeris fortasse et haesitabis et inops consilii eris et summa contumelia afficieris. P. 526. C. — 527. A.



Quum igitur meliorem vivendi rationem, quam haec mea est, indicare non potueritis verumque esse apparuerit quod supra dicebam, cavendum esse magis iniuriam ne faciamus, quam ne accipiamus, ideoque rhetoricen semper iusti caussa adhibendam esse*), agite, mihi obtemperate meque sequimini illuc, quo profecti beati eritis, tam vivi quam mortui. Nam qui virtutis est studiosus, is nihil indigni unquam patietur, etiamsi ab hominibus improbis summa contumelia afficiatur. Ubi vero ad rempublicam velimus accedere, non prius hoc faciemus, quam, ecquid iam in virtute profecerimus, exploratum habeamus. Turpe est enim nescientem, quid bonum sit, quid utile, quid honestum, aliorum res et negotia curare velle. Denique hoc teneamus, optimam vivendi rationem in eo cerni, ut temperantiae, iustitiae ceterisque virtutibus dediti et vivamus et moriamur. P. 527. A. — E.

---

## II. Expositio propositi et consilii operis.

Hoc igitur libri argumentum est; quo enarrato sequitur, ut, quid Plato in eo scribendo spectaverit, breviter explicandum sit. De qua re quamquam ab aliis aliter est iudicatum**), tamen, ubi primum diligenter attenderimus, quid tandem illud sit, de quo agatur, ac deinde omnem disputationis vim atque copiam mentis cogitatione velut in unum complexi fuerimus, fieri certe poterit, ut, quid philosopho tamquam summum atque ultimum, ad quod omnes ac singulae sermonis partes referuntur, propositum fuerit, probabiliter definiatur.

---

*) Similiter in Phaedro rhetoricae id propositum esse docetur oportere, ut diis grati simus, p. 273. E. seqq.

**) Mirifice viri docti tam antiqua aetate quam recentioribus temporibus dubitaverunt, quid tandem philosopho in eo consignando tamquam ultimum atque summum fuerit propositum. Nam ubi quaerimus de veterum criticorum hac in caussa iudiciis, quantopere illi ea de re inter se discordaverint, certissime testatur Olympiodorus. Is enim in principio commentariorum in Gorgiam compositorum haec exposuit. *Ὁ δὲ σκοπὸς*, inquit, *ἄλλος ἄλλοις ἔδοξεν εἶναι. οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι σκοπὸς αὐτῷ περὶ ῥητορικῆς διαλεχθῆναι, καὶ*

Itaque primum quidem nonnulla animadvertere et monere consultum ducimus, quae ad iudicium de materia in hoc libro tractata regendum atque confirmandum utilia vel



necessaria videantur. Tenendum vero ante omnia hoc est, quo neglecto de scriptionis universae rationibus prudenter

---

ἐπιγράφουσι „Γοργίας, ἢ περὶ ῥητορικῆς". κακῶς δέ. οὗτοι γὰρ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον χαρακτηρίζουσιν· ἐπειδὴ γὰρ Γοργίᾳ διελέχθη περὶ ῥητορικῆς, ἐκ τούτου τὸν σκοπὸν ἐπορίσαντο. καίτοι οὐδὲ πολλοί εἰσιν οἱ τοιουτολόγοι. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας διαλέγεται, ὡς ἂν τῶν μὲν δικαίων εὐδαιμόνων ὄντων, τῶν δὲ ἀδίκων ἀτυχῶν καὶ ἀθλίων· καὶ ὅσῳ ἂν ἄδικός τις εἴη, τοσούτῳ ἀθλιώτερος, κἂν ἀθάνατος ᾖ, ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀθλιώτατος. καὶ οὗτοι δὲ ἀπὸ μέρους τὸν σκοπὸν ἐκλαμβάνουσιν ἐκ τῶν πρὸς τὸν Πῶλον λόγων. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι σκοπὸν ἔχει περὶ τοῦ δημιουργοῦ διαλεχθῆναι. καὶ οὗτοι δὲ ἀπὸ μέρους λαμβάνουσιν, ἐπειδὴ ἐν τῷ μύθῳ, ὡς ἔχομεν μαθεῖν, μέμνηται τοῦ δημιουργοῦ. ἀτόπως δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐξηρημένως. φαμὲν τοίνυν, ὅτι σκοπὸς αὐτῷ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλεχθῆναι τῶν φερουσῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πολιτικὴν εὐδαιμονίαν. Haec igitur Olympiodorus. Quae qui vel leviter consideraverit, is facile sibi persuadebit, etiamsi secundaria Gorgiae inscriptio, haud dubie ab antiquis criticis profecta, raro exemplo in libris manu scriptis omnibus una eademque prodita est haec: ἢ περὶ ῥητορικῆς, ἀνατρεπτικός, tamen de libri argumento neutiquam inter veteres Platonicos convenisse, qui potius in diversissimas partes de illo statuerint. Nec vero recentioribus temporibus minor fuit hac in caussa iudiciorum dissensio. Nam ut silentio transmittamus eos, qui superiore aetate vel rhetoricam vitiositatis et inhonestatis coargui vel Socratem ut fortissimum et constantissimum iustitiae omnisque virtutis satellitem ac patronum rhetoribus et viris civilibus e regione poni iudicaverant, quorum opiniones certe dudum iusta lance sunt ponderatae, ne illi quidem, qui nuper demum de libri consiliis et rationibus subtilius disquisiverunt, de summa re consentire existimandi sunt, id quod considerandis iis, quae Fr. Schleiermacherus, Fr. Astius, Ioseph. Socherus, Nic. Sybren Sybrandi, Car. Fr. Hermannus, Car. Reinhartus, Franc. Susemihlius, H. Bonitzius exposuerunt, nullo fere negotio intelligas. Nam Schleiermacherus quidem, quum Platonis opera interiore quodam argumentorum vinculo inter se nexa et colligata tamquam doctrinae quemdam orbem conficere sibi persuasisset, quum alios libros Platonis, tum etiam Gorgiam non tantum per se seorsum, sed imprimis etiam iunctum et consociatum cum aliis Platonis operibus spectandum iudicandumque censuit. Itaque haec fere de illo disputat. Primum quidem adversatur eorum rationi, qui aut rhetoricam aut simile quiddam, quod nihil nisi universi dialogi particulam complectatur, a Platone in hoc dialogo praecipua opera tractatum esse dictitaverint. Cuius sententiae suae caussam imprimis hanc commemorat, quod, ubi tam multa atque praeclara de natura voluptatis disputata reperiantur, ibi fieri non possit, quin hoc ipsum ex mente Platonis maximi momenti argumentum esse existimari debeat. Quibus ita constitutis porro Gorgiam docere conatur eorum Platonis librorum tamquam agmen ducere, qui secundum illorum ordinem vel classem conficiant quique locum medium teneant inter ea scripta, quibus tradantur philosophiae initia et quasi elementa, atque illa, in quibus ipsius philosophiae exstruatur aedificium atque elementa eo traducantur. Cuius generis libros arbitratur non iam amplius versari in tractanda philosophandi ratione atque methodo, sed de eius argumento ita agere, ut physicae et ethicae, quae verae sint scientiae partes *(die realen Wissenschaften)*, quasi quandam prolusionem vel praeviam institutionem exhibeant. Esse autem his dialogis omnino id propositum, ut doceatur veram scientiam et artem non reperiri, sed fallacem tantum earum speciem adesse ibi, ubi id, quod re vera sit, cum eo, quod tantummodo esse videatur, temere permutetur aut bonum cum voluptate atque iucundo confundatur: quod quidem a philosopho dupliciter fere ostendi, dum vel id, quod pro arte et scientia habeatur, nullius pretii esse doceat, vel ex ipsa illa falsae artis et scientiae cognitione vis et natura verae artis et scientiae definiatur. Itaque Gorgiam hoc ait habere propositum, ut artis rhetoricae et civilis exemplo, argumentis e morum doctrina repetitis, verae falsaeque scientiae et artis permutatio et confusio arguatur eiusque tum caussa in interiore quadam animi ad istam confusionem proclivitate sita, tum effectus in arrogantia et fastu conspicui in illustriore luce ponantur. Haec igitur viri egregii de Gorgiae consiliis sententia est, longius fortasse arcessita illa et Platoni invito obtrusa, sed subtiliter eadem acuteque exposita*). Ab ea vero longissime discessit Fr. Astius, qui licet quid sentiret breviter tantum declaravit (De vita et scriptis Platon. p. 133.), tamen vel sic facile intelligas, quantum cum Schleiermachero dissentiat. Quippe arbitratur ille hunc librum neutiquam ad artem et scientiam generaliter informatam referri, sed politicam tantum rationem spectare, ita ut, quidquid praeterea in eo de philosophia exponatur, id non aliorsum nisi eo referendum sit, ut scientiam et artem civilem, quam rhetores ac sophistae profiteantur, inanem ac perniciosam esse ostendatur. In quo ille certe simul id egit, ut Gorgiae intellectum non tam aliunde quam ex ipsius argumento petendum esse perspiceretur. Verum enim vero haec ipsa sententia neutiquam satisfecit desideriis eius viri, qui proxime post Astium talia accuratius perquisivit. Nam Socherus quidem (De scriptis Platonis p. 241.), relicta antecessoris sui ratione et ratione Schleiermacheri quodammodo comprobata, in Gorgia quum id disceptari videatur, utrum philosophia an rhetorica potissimum colenda sit, tamen revera censet, argumento disputationis altius educto et ad maius quiddam accommodato, illud potius quaeri, utra vitae ratio melior sit ac beatior, eane, quae virtuti imprimisque iustitiae dedita sit, an illa, quae ad potentiam et auctoritatem publice ac privatim consequendam comparata sit. Ad quam quidem rationem nuper, nonnihil tamen mutatam, proxime accessit Herm. Bonitzius in libello: *Platonische Studien, Wien, 1858,* 8. mai. p. 1—41., qui vix dubitari posse arbitratur, quin quaestio primaria dialogi haec sit, utrum philosophia ex sententia Platonis intellecta, an rhetorica politica, qualis tum fuerit, viri honesti studiis et consiliis digna esse putari debeat**). Nec vero multum inde recedunt quae

---

*) V. Schleierm. Interpr. Germ. Opp. Platon. Vol. II. P. I. Praef. p. 3 seqq.

**) Ibid. p. 33. *„Die Frage: Ist Philosophie im Platonischen Sinne, oder ist politische Rhetorik in ihrem damaligen Zustande eine würdige Lebensaufgabe? bezeichnet den Kern und Zweck des ganzen Dialogs."*

existimari nullo modo poterit, haudquaquam in hoc libro de universa rhetorica, quaqua ipsius ambitus patet, disputari, sicut in Phaedro fieri meminimus, sed eam tantum eius

---

disputavit Nic. Sybren Sybrandi (Disp. de Platonis Gorgia, Harlem. 1829. 8. edita, p. 59 seq.), qui Platonis in hoc libro scribendo consilium fuisse censet ostendere reipublicae gubernandae rationem, quam sequerentur multi tunc temporis Atheniensium proceres, et potestatem illam, fallaci arte rhetorica, quam profitebatur Gorgias, acquisitam, bono viro esse indignam et spernendam potius quam optandam, quippe quae maximi mali caussa sit, suam denique et magistri agendi rationem defendere contra adversariorum criminationes. Iam vero etiam C. Fr. Hermanni cognoscamus in hac caussa iudicium, quod quidem ille exposuit in libro: *Geschichte und System der Platon. Philosophie*, T. I. p. 477 seqq. coll. p. 637. ann. 399. Is vero unum Olympiodorum censet verum perspexisse, qui indicaverit agi de principiis nos ad civilem felicitatem perducentibus, *περὶ τῶν ἀρχῶν διαλεχθῆναι τῶν φερουσῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πολιτικὴν εὐδαιμονίαν*, quandoquidem principalis libri sententia utique non aliorsum referatur nisi eo, ut doceatur unum id, quod bonum honestumque sit, vere prodesse hominemque iniuste agendo sibi ipsi nocere, ita ut vitae bona non voluptate, sed honestate metienda sint. Verba ipsius haec sunt: „*Der Kern des Gesprächs bleibt jedenfalls der Beweis, dass das Gute allein wahrhaft nützlich sei und der Mensch sich durch Unrechtthun selbst schade, eben desshalb aber der Maassstab der Lust dem höhern des Guten nachstehen müsse.*" Denique etiam audivisse iuvabit, nuperrimi critici et interpretes quid de re controversa existimaverint. Etenim Reinhartus quidem, qui de hoc dialogo omnium uberrime exposuit (Prolegg. ad Interpret. Germ. Hieron. Mülleri, Vol. II. p. 329—394.), posteaquam ostendit Platonem illustratis antea in aliis sermonibus aliis virtutibus denique in hoc libro etiam ad iustitiam illustrandam animum advertisse duabus quidem potissimum rebus permotum, vel ingruente in dies magis eloquentiae sophisticae in Sicilia ortae auctoritate vel tristi Socratis nuper iniuste condemnati et capitis supplicio affecti recordatione*), denique de ultimo totius scripti consilio et proposito ita fere statuit. Censet enim eo imaginem ac speciem artis publice ac privatim bene beateque vivendi eiusque ethices principiis fundatae exhiberi, quae quum omnem germanam artem contineat, tum fraudulentae ac pestiferae arti, qualis sit rhetorica sophistices labe infecta, contraria sit et opposita. De qua sententia sua ipse haec disseruit**): „*Am sichersten dürfen wir wohl das vom Platon schon im Euthydem aufgestellte Ideal einer höchsten, vollkommensten, jedes wahrhafte Wissen und jede echte Kunst in sich fassenden, ethisch-politischen Lebenskunst als den Grundgedanken des Gesprächs ansehen, in welchem alle Theile und Beziehungen desselben ihren Mittelpunkt haben und auf welchen sich ohne Zwang auch die scheinbar abschweifenden Betrachtungen zurückführen lassen. Eine solche Kunst, in ihrer Vollkommenheit gedacht, würde alle Verhältnisse des öffentlichen und des besondern Lebens nach den Gesetzen der Vernunft beherrschen und nach den Regeln der Schönheit*

---

*) V. p. 332 seqq. 341 seqq.
**) L. l. p. 341 seq.



partem vocari in disceptationem, quae ad rempublicam eiusque gubernationem pertineat. Agitur igitur de una maxime eloquentia civili et politica, aliis rhetorices generibus exclusis aut leviter tantum commemoratis, id quod p. 500. E. — 502. D. ita fieri animadvertimus, quo simul civilis eloquentiae cum illis cognatio ac similitudo significetur. Nec vero id scriptor ipse non indicavit: prudentissime enim in ipso operis introitu Gorgiam ita loquentem induxit, ut artis suae usum totum fere ad negotia publica et res civiles restringat, quo facto disputatio omnis ita peragitur, ut omnino de una civili eloquentia sermonem fore nemo non sentiat. Cui rationi minime adversatur illud, quod Gorgias ipso Platone teste Menon. p. 95. C. alios ridere solebat sophistas, qui se virtutem tradituros hominesque doctrina sua etiam ad civilem virtutem idoneos reddituros esse profitebantur; ipse se discipulos *δεινοὺς λέγειν* gloriabatur adeoque non sophistae, sed rhetoris nomine appellari volebat

---

*gestalten; sie würde die Gegensätze des Wissens und des Könnens, der Theorie und der Praxis, zu einer Einheit ausgleichen und zur lebensvollsten Thätigkeit vereinigen; sie würde endlich den Menschen die Grundbedingung ihrer Glückseligkeit und die Quelle aller wahren Güter werden. Das Suchen nach dieser Kunst bildet die Hauptaufgabe des Dialogs (des Gorgias), zu deren Lösung alle Seiten desselben beitragen und ein so vortrefflich abgerundetes Ganzes bilden, dessen einzelne Theile, jeder in anderer Weise, alle Momente des Begriffs jener umfassendsten aller Künste in einer nichts weniger als gleichgültigen Reihenfolge darstellen.*" Haec igitur est viri acutissimi sententia, quam ille etiam docta sollertique disputatione callidissime ad verisimilitudinis speciem exornavit. Iam vero, aliorum opinionibus silentio transmissis, reliquum est, ut etiam Susemihlii rationem afferamus*). Is vero totus fere assentitur Reinharto, cuius adeo verbis servatis**) dialogi primariam sententiam ita declarat: „*Wir werden daher schwerlich fehlen, wenn wir die Darstellung der Philosophie als der ethisch-politischen Lebenskunst für den Mittelpunkt des Werkes erklären.*" Quamquam ceterum de operis arte et compositione nova quaedam protulit, quae tamen, quoniam ex libri consilio recte demum aestimari possent, in praesenti silentio transmittenda arbitramur. Itaque sponte iam intelligitur maximam sane omni tempore de Gorgiae consiliis et rationibus exstitisse opinionum varietatem atque multitudinem. Nimirum caussae rei primo adspectu satis mirae propemodum apertae sunt. Alii enim arctioribus finibus circumscripserunt philosophi consilium, quum patuerit multo latius; alii in contrariam fere partem peccarunt, et quae accuratius definienda erant, minus definite posuerunt totamque caussam iusto latius extenderunt; alii denique etiam eo lapsi sunt, quod Platoni sua obtruserunt inventa, de quibus ipse philosophus ne somniasse quidem videtur. Quamquam nulla est inter istas opiniones, quae non aliquid veri contineat.

---

*) V. librum eius: *Die genetische Entwickelung der Platon. Philos.* T. I. p. 91—113.
**) P. 98 seq.

(Gorg. p. 449. A.). Nimirum unam potissimum artem oratoriam pro artis civilis potentissimo auxilio et adiumento habuit, quippe quae omnia sibi subiiceret et vi ac potentia sua regeret et gubernaret; v. Phileb. p. 58. A. Gorg. p. 491. D. Sed quum hoc animadvertisse plurimum referat ad rectum de toto opere iudicium, tum non minus utile erit aliud quid observare, quod cum illo proxime est coniunctum. Dum enim una rhetorica civilis taxari et aestimari videtur, simul etiam de arte civili vel politica instituitur disputatio. Nimirum fuit sane Athenis eloquentia artis civilis socia et administra, ut altera ab altera vix ac ne vix quidem divelli unquam posset. Quamobrem iam Solonem legimus lege ita constituisse, ut cives sui λέγειν τε καὶ πράττειν δεινοὶ fierent, dicendi agendique facultate prudenter consociata. Quocirca eloquentia civilis dum sub examen vocatur, una eademque opera simul etiam eorum rationes et consilia explorantur atque taxantur, qui versabantur in republica ac dicendo et consulendo aliquas partes publicas agere volebant. Hoc igitur alterum est, quod in iudicando et aestimando Gorgiae argumento diligenter est observandum. Sed ad haec accedit etiam tertium quiddam, quod in hac caussa diligentissime est tenendum. Pertinet enim omnis Platonis disputatio ad rhetoricam artificialem recentius demum ortam et inde a Periclis aetate e Sicilia Athenas perlatam, quam primus fertur Gorgias Leontinus per legationis publicae opportunitatem Atheniensibus ostentavisse: de quibus rebus v. annot. ad Gorg. c. I. in. et Prolegg. ad Phaedrum ed. 2. p. XLIX seqq. Ea vero Platoni cur displicuerit, minime incertum est. Visa enim illa philosopho est duplici potissimum labe affecta esse, quippe quum primum falso nomen artis mentiretur, licet ad speciem tantum neque ad veritatem accommodata esset ideoque scientia (ἐπιστήμῃ) penitus careret, deinde vero etiam omnia ad voluptatis gratiam, ad utilitatem, ad externa denique commoda et emolumenta referret, iustitiae et honestatis plane incuriosa. Quippe utroque nomine illa tanto magis laborare visa, quod etiam pravae sophisticae vim esset experta adeoque eius vitiositatem ita in se suscepisset, ut ei esset plane consimilis atque cognata. Itaque de hac ipsa rhetorica atque arte civili, quae etiam sophistarum doctrina esset infecta atque depravata, in Gorgia agitur, id quod ipse philosophus non obscure significavit primum quidem initio sermonis a Socrate cum Polo instituti p. 463. E. — 465. E., ubi rhetoricae cum sophistica cognationem tantam esse ait, ut utraque vulgo etiam commisceatur, deinde etiam in colloquio cum Callicle habito p. 520. A. B., ubi sophistam et rhetorem ait esse eundem, licet hic sophisticam, quamvis rhetorica praestantiorem, soleat fastuose contemnere. Taxatur autem rhetorica in hoc libro non artis nomine, ut factum est in Phaedro, sed potius propter improbitatem et nequitiam, quandoquidem iustitiae omnisque virtutis laude privatur, quam Plato ad eloquentiam et artem civilem plane necessariam esse sibi persuaserat. Atque hic prope inviti devenimus iam ad aliud quid, quod probe meminisse ad consilium Platonis, quale tenuit in Gorgia scribendo, recte aestimandum iudicandumque plane est necessarium. Profectus enim Plato in iudicandis rhetorum et virorum civilium studiis a Socratis, magistri sui, sententia est, qui nihil aiebat esse utile, quod non item honestum esset, adeoque exsecrari solebat eos, qui primum honestum et utile, natura cohaerentia, opinione distraxissent ac dissidium istud etiam in vitae communis societatem introduxissent, v. Cicer. De Offic. III, 3, 14. Legg. I, 12, 33. et 21, 56. Itaque etiam eos, qui reipublicae darent operam, virtuti et honestati maxime studere voluit, siquidem divitiae et opes, potentia et auctoritas, voluptatum ac deliciarum copia et affluentia sine illa nihil prodessent, iniustitia autem, intemperantia, lubido, improbitas denique animum corrumperet atque perderet ideoque summum quod homini accidere posset malum importaret, v. Criton. p. 48. B. Apolog. p. 80. Gorg. p. 469 seqq. De Rep. X. p. 612. B. Itaque consentaneum est eum etiam rhetoricen omnemque artem civilem ita demum laudabilem iudicavisse, si spretis iis rebus, quas plerumque ut maximas affectaret, veram hominum utilitatem curaret seque totam ad iustitiae omnisque verae virtutis legem atque normam componeret. Haec omnia vero ut ita statueret atque impugnatis pravis aequalium studiis et opinionibus graviter defenderet, procul dubio etiam rerum civilium conditione effectum est, quam philosophus vidit inde a bellis Persicis imprimis Athenis exortam esse. De qua quidem quid ipse senserit et iudicaverit, ubi paullo accuratius cognoverimus, certe item non leve Gorgiae rectius intelligendi adiumentum atque praesidium nobis comparaverimus. Itaque paucis designavisse iuvabit, quaenam fuerit Platonis de hac re sententia, sine dubio iam inde ab illo tempore animo ab eo suscepta, quo Socratem, virum sapientissimum, iniuste damnatum et tristissimo supplicio de medio sublatum vidit.

Censuit igitur philosophus reipublicae Atheniensis conditionem post bella Persica in dies magis corruptam ac depravatam esse. Posteaquam enim, profligatis barbarorum copiis, diuturnitas par otium et tranquillitatem confirmasse visa est, populus victoriarum reportatarum magnitudine elatus pristinam virtutem paullatim abolevit abiectaque legum publicarum reverentia atque patriae caritate et contemta virorum bonorum ac patriae vere amantium auctoritate cupiditatibus atque vitiis avaritiae, malae ambitionis, partium studii mire indulgere coepit*). Quorum quidem malorum omnium originem et caussam Plato ab illis ipsis viris repetendam iudicavit, qui belli tempore sese praestiterant duces fortissimos ac prudentissimos. Pace enim restituta illi non ita gesserunt rempublicam, ut civium animos ad temperantiam, iustitiam, denique virtutem flecterent aut formarent, sed eorum cupiditatibus blandientes per suam ipsorum lubidinem multa ambitiose, avare, abiecte et sine dignitate fieri passi sunt. Quo factum est, ut populus adeo iniustus et ferox exsisteret, ut illos ipsos, quibus patriae libertatem acceptam referebat, iniuste mulctaret, condemnaret, denique tractaret contumeliose**). Neque etiam Pericles, qui per quadraginta fere annos reipublicae praefuit, licet prudentia, eloquentia, abstinentia ceteros facile superaret***), id sibi agendum putavit, ut effrenatas civium cupiditates temperantiae et iustitiae frenis cohiberet, sed licentia insolentiaque mirifice aucta eos etiam pigros, ignavos, garrulos, avaros reddidit†), ita ut referri merito posset inter malos ministros, quibus, quum inexplebiles populi fauces exaruissent libertatis siti, usus ille non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit††). Posteaquam autem huius imperium mors finivit, multi in vacuam possessionem unius involarunt. Nemo enim fere laudis cupidior adolescens non sibi ad publicos honores consequendos studio omni enitendum putavit. Quid quod plerique civilis rationis prorsus ignari, qui neque exercitationis ullam viam ingressi essent, neque aliquod praeceptum artis tenerent,

*) Conf. Legg. 701. B. C.

**) De his omnibus passim in Gorgia mentio iniicitur, vid. p. 513—518.

***) V. Phaedr. p. 269. Sympos. p. 215. E.

†) Gorg. p. 515. E. seq.

††) Sunt verba Ciceronis de Republ. I, 43., expressa illa ex Plat. Rep. VIII. p. 562. C.



munera publica administrarunt*). Huiusmodi autem civitatis ministri quum minus possent auctoritate sua regere civium turbam, spreta iustitia, temperantia, continentia, denique virtute, unice id studuerunt, ut eos voluptatum illecebris delinirent sibique obsequio conciliarent**). Quoniam vero in libera republica erat necessarium, ut qui aliquid auctoritatis ac dignitatis vel consequi vel obtinere vellet, is imprimis artem dicendi usu et exercitatione sibi compararet, exstiterunt illis temporibus inter sophistas qui non solum profiterentur se ipsos, quaecunque res infinite posita esset, de ea dicere, sed etiam aliis dicendi et cum populo agendi facultatem impertire posse iactarent***). Quorum virorum studia, etsi multis partibus laudabilia fuerunt, tamen civitati Athenarum summum attulerunt detrimentum. Excitabat enim eos ambitionis magnitudo, quae omnes invaserat, ut praecepta artis non ad virtutis rationem, sed ad cupiditatum turpitudinem accommodarent†). Quocirca sese dicebant disciplina sua id effecturos, ut, qui illa usi essent, ii in civitate dominarentur ceterisque imperarent; perveniri autem eo posse arbitrabantur sic, ut qui dicendi facultatem essent consecuti ea ad captandam plebis gratiam ac benevolentiam abuterentur††). His omnibus igitur artem civilem pariter atque rhetoricam censuit evasisse pravitatis ministram. Quum vero utraque tam arcto vinculo colligata et connexa esset, ut altera alterius auxilio maxime indigeret, mirandum non est, quod quum in aliis libris, veluti in Menone ac Protagora, tum etiam in Gorgia rhetorices cum castigatione coniunxit artis civilis reprehensionem, ut non sine caussa praeter Gorgiam et Polum etiam Calliclem civem disserentes induxerit.

His vero ita expositis licebit tandem aliquanto tutius accedere ad quaestionem de consilio, quod Plato in hoc opere scribendo sequutus sit. Est autem illud, si quid iudicare possumus, non in alia re positum nisi in eo, quod rhetorice et ars civilis, qualis tum sese extulerat, quia tota ad inanem veri iustique speciem, ad vanam potentiae possessionem, denique ad intemperantis lubidinis expletionem erat comparata, inhonestae pravitatis coniunctaeque cum

*) V. Apol. Socrat. p. 23. E. Menon. p. 90. B. ibique annot.

**) Thucyd. II, 65.

***) V. Protagor. p. 316. C. p. 318. B. al.

†) V. Phaedr. p. 260. A. De Republ. VI. p. 493. A. Tim. p. 87. B.

††) Gorg. passim.

ea infelicitatis et miseriae ex verae germanaeque vel Socraticae philosophiae rationibus convincitur, ita ut non modo ipsam ad philosophiae legem atque normam revocari oportere, verum etiam unam philosophiam utpote omnia vivendi consilia ad virtutem referentem bene et beate vivendi artem rationemque exhibere appareat. Quocirca scriptionis universae consilium verbis paucissimis etiam sic declarare licebit, ut artem rhetoricam dicamus honestatis et probitatis nomine e philosophiae iustitiam et virtutem omnibus aliis anteponentis ratione vitiositatis argui, philosophiam autem ut unam bene beateque vivendi magistram commendari atque informari. Hoc autem si recte ita statuimus, sponte intelligitur Platonem nec illud spectasse unice, ut rhetoricam et politicam reprehenderet et castigaret, nec id solum egisse, ut bene beateque vivendi viam et rationem monstraret. Imo coniunxit philosophus in unum tum reprehendendi, tum docendi consilium ea quidem ratione, ut utrumque uni eidemque fini conveniret, quandoquidem veritas tum negando ac dubitando, tum docendo et affirmando exquiri ac demonstrari potest. Quocirca una eademque opera et rhetoricen improbitatis et inanitatis ream egit et philosophiae doctrinam ac rationem tamquam optimam vitae bene beateque degendae magistram nobilitavit.

---

## III. De arte et compositione operis.

Atque haec quidem ubi tenemus, certe etiam de arte et compositione operis quid existimandum sit, intelligi licebit. Constat enim universum opus prooemio, contentione rhetorices et philosophiae, conclusione ex hac ipsa contentione repetita mytho adiuncto, denique epilogo. De quibus operis partibus ordine deinceps paucis exponere licebit.

Et de prooemio quidem, quo scena dialogi constituitur, non est quod peculiari opera disseramus, quum et brevissimum sit et quae ad eius artem aestimandam valeant, in commentariis expromserimus. Itaque statim ad certamen rhetorices cum philosophia commissum progredimur, quae pars sermonis est longe gravissima.

Absolvitur autem ea tribus tamquam contentionis actibus, artificiosissime etiam distinctis tribus personis colloquentium, Gorgiae, Poli, Calliclis, qui ordine deinceps cum Socrate in certamen congrediuntur. Quippe taxatur rhetorice oppositis



philosophiae rationibus triplici nomine. Primum enim vis et natura eius arguitur scientiae ac iustitiae non esse capax, quantumvis eam iactare soleat: p. 448. A. — 461. A. Deinde usum eius ostenditur esse vanum, quandoquidem potentia, qua se potiri posse glorietur, revera nulla sit, quum vera potentia non in temeraria lubidine, sed in rectae voluntatis consiliis cernatur: p. 461. A. — 481. B. Denique agendi principia, unde proficiscatur, falsa atque turpia esse evincitur, licet iis plurimum superbiat: p. 481. C. — 522. E. Quibus omnibus explicatis deinde proceditur ad consideranda ea, quae inde ad vitae actionem atque moderationem consequantur. Videtur igitur operae pretium paullisper dispicere, quomodo triplex ista materia a philosopho tractata sit, siquidem ex huius rei iudicio magnam partem pendet universi operis subtilior intelligentia.

Itaque primum quidem, colloquio cum Gorgia, scholae principe, instituto, quaestio versatur in exploranda atque cognoscenda vi et natura rhetoricae. Fuit enim Gorgias minus in republica versatus oratoriae scientiae doctor, vid. Cicer. De Orat. III, 16, 59. Is vero etsi artis suae materiam longe amplissimam atque praestantissimam praedicat, de quo conf. Phileb. 58. A. B. Phaedr. p. 268. A., tamen is videtur esse, qui nec certam eius notionem animo comprehensam teneat nec eidem laudem scientiae aut virtutis imprimisque iustitiae vindicare possit. Quocirca rhetorice nihil nisi scientiae speciem (πίστιν) sectari arguitur, de qua ipsius sententia v. etiam Phaedr. 267. A. Cicer. de Orator. III, 32, 129. I, 22, 103. De Fin. II, 1, 1.; de laude virtutis autem eidem tam gravis movetur controversia, ut ipse Gorgias ea in caussa titubet ac vacillet et nativa tantum animi verecundia et interiore quodam recti verique sensu permotus concedat rhetoricae etiam virtutis et iustitiae scientiam tribuendam esse. Quod ipsum tamen quum deinde Polus, familiaris eius ac discipulus, magistro haud paullo liberior et procacior, secundum scholae rationem neget, Socrates inde continuo concludit rhetoricen utique iustitiae laude esse destitutam, quandoquidem virtus et iustitia citra scientiam consistere nullo modo possit. Nimirum isto quidem pacto quid rei sit, haud sane obscure significatur. Argumentatur enim Socrates, ut iam antea ostendimus, e doctrinae suae ratione, qua virtutem statuebat positam esse in scientia ideoque eum, qui quid bonum, utile, honestum, iustum esset, penitus novisset et animo quasi cerneret, id in agendo constanter sequi solere. Itaque rhetoricae eam naturam esse

ostenditur, quae quum ad speciem potius scientiae quam ad eiusdem veritatem accommodata sit, omnino quum omnis virtutis, tum imprimis iustitiae laude vacare existimanda sit. Quod tamen eo modo peragitur, ut ipsius Gorgiae famae et existimationi parcatur, sicut Phaedr. p. 267. A., siquidem ei nativa quaedam boni et iusti verecundia utique conceditur. Et hoc quidem universi certaminis initium est et prima quasi pugnae congressio.

Suscipit deinde sermonem Polus, iuvenis magistro aliquanto calidior, contentiosior, audacior, qui nec dubitat caussam rhetorices quamvis minus honestam gnaviter tueri ac defendere. In quo utitur dicendi genere sophistice ornato et artificiose calamistrato. Is vero, posteaquam Socrates ostendit rhetoricam sibi videri iuxta cum sophistica, cui admodum sit cognata, artem esse plane adulatoriam et coquinariae haud absimilem utpote omnia gratia atque voluptate metientem (p. 462. C. — 465. E.), neglecta hac sententia illam protenus contendit hoc quidem habere proprium, ut eius ope ad maximam in republica auctoritatem et potentiam perveniatur. Itaque eam ab usu et effectu laudat mirificeque praedicat eorum felicitatem, qui aliis in republica plus habeant et omnia arbitrio suo peragere adeoque alios supplicio afficere possint. Quam sententiam etiam Thrasymachus defendit De Republ. I. p. 338. A. seqq. Tum vero severe id agitur, ut istam potentiam revera nullam esse adeoque impotentiam vocari debere evincatur. Quippe opponitur illi opinioni, ex mera vitae externae specie ductae, philosophiae ratio et doctrina, quae internam hominis vitam spectat indeque de vera cuiusque libertate ac potentia iudicium assumit. Docetur enim rhetoricen et politicen facere quidem quae lubeat, nec vero quae velit (465. E. seqq.), quippe quum luce scientiae careat ideoque ipsum opus actionum humanarum fere permutet cum fine, qui eis propositus esse debeat. Esse autem finem illarum nihil aliud quam bonum, quo neglecto vel maximam potentiam miseram exsistere, quandoquidem iniuste agere multo sit peius quam iniuriam perpeti. Unum enim probum et bonum virum esse beatum, improbum et malum contra infelicem, adeoque iniuste facientem esse miseriorem, si nullam luat pravitatis suae poenam, quam si ea afficiatur. Nam quod dicatur turpius quidem (αἴσχιον) esse iniuste agere, quam pati iniuriam, nec vero peius (κάκιον), id nihili esse, quandoquidem illud et turpius et peius simul esse reperiatur (p. 474—476.).



Sed etiam viro sceleribus polluto puniri melius esse, quam criminum poenas non luere, id ex eo apparere, quod, quum omnia iuste facta item pulcra sint ideoque iusta poena eadem pulcra censeri debeat, simul vero etiam liberationem ab improbitate, summo animi malo, afferat, is, qui impune scelestus sit, iniustitia et turpissima et pessima maximeque damnosa laborare iudicandus sit. Ex quibus omnibus denique colligitur maximum bonum esse iniustitia vacare, quum autem iniustus sis, ab ea iniustitia liberari summo huic bono esse proximum, omnium autem miserrimum esse iniustum esse neque poenis luendis ab iniustitia avocari et ad iustitiam converti (p. 476—479. E.). Hinc autem efficitur, ut rhetor nec aliis inferre debeat iniuriam — nam id malum ipsique damnosum est, nec — si iniuste egerit, id studere, ut poenam effugiat, quoniam alioquin omnium foret miserrimus (p. 480. 481. B.). Itaque altera hac disputationis parte apparet omnino id agi, ut, dum rhetoricae et arti civili laus summae potentiae indeque exorientis opinatae felicitatis eripitur, eadem opera honeste iusteque agendi rationi sua dignitas vindicetur et, summo humanarum actionum fine, hoc est bono, in illustri luce collocato, bene honesteque agendi necessitatem omni vitae externae conditione et fortuna superiorem esse demonstretur.

Hic vero, Polo ad silentium redacto, tertia orditur pugnae pars, quae etiam multo acrior est et vehementior superioribus contentionibus. Prodit enim tandem in medium Callicles, homo nuper ad rempublicam aggressus rerumque civilium studiosus, qui quamvis a philosophiae studio plane aversus eique iniuriosus sit, tamen novitiarum opinionum sophisticarum labe infectus est ac non solum Δῆμον, Pyrilampis filium, sed etiam δῆμον Atheniensem perdite amat, purus putus democraticus (p. 481. D.). Is vero iam apertius etiam agendi principia declarat, quae rhetores et politici novitii sequantur: quae dum refelluntur, quid secundum philosophiae praecepta in vitae actione sequendum sit, egregie ostenditur. Contendit autem primum, de quo etiam De Republ. II. p. 359. D. seqq. et Legg. X. 889. A. disceptatur, naturam atque legem inter se esse opposita, ita ut aliquid secundum naturam bonum esse possit, quod secundum legem turpe habeatur. Quam sententiam primus narratur defendisse Archelaus, de quo ad Legg. X. 889. E. diximus. Quod ipsum vult etiam de iniustitia, quae vulgo dicatur, ita existimari oportere. Natura enim ita esse constitutum, ut melior peiore plus habeat, quod ipsum ab

hominibus vulgo dicatur iniuste agere (ἀδικεῖν). Id vero ita esse ipsam hominum vitam testari, philosophiam temere negare, quippe quae a vitae usu aliena, dum meris argutiis indulgeat et garrulas agat nugas, ipsam rerum veritatem plane pervertat (p. 481. C. — 486. E.), ut longe praestabilius sit ista philosophiae studia missa facere atque sequi meliora. Quae Socrates tripliciter confutat. Nam primum quidem ostendit, meliores, quos dicit Callicles, si intelligantur potentiores et validiores, consequens esse, ut leges utique secundum naturam sint latae, quippe quae non uni aut singulis debeantur, sed plurimis, qui certe sint singulis vel uno validiores. Iam vero multos illos atque plurimos ait ita sentire, ut turpe censeant esse iniuste agere et aliis plus sibi vindicare, adeoque nihil ea re inhonestius esse arbitrentur. Ex quo consequi arbitratur non modo secundum legem, sed etiam secundum naturam rem ita se habere, ut suis commodis unice studere et aliis plus habere velle turpe existimandum sit (p. 486. E. — 489. B.). Qua quidem argumentatione apertum est naturalem legis moralis originem ita demonstrari, ut cupiditates singulorum communibus omnium iudiciis ac desideriis omnino posthabendas esse graviter admoneamur. Hac vero argumentatione absoluta vir sapiens Calliclis opinionem etiam alia ex parte impugnare instituit. Nam si meliores intelligendi sint prudentiores et peritiores, sicuti iam Callicles ad incitas redactus statuit, consectarium esse docet, illis plus esse tribuendum quam ceteris, quod tamen vitae usui et rerum experientiae repugnet, ut absurda inde consequi manifestum sit (p. 489. C. — 490. E.). Denique Calliclis sententia etiam hac ratione impugnatur. Si enim meliores, id quod ut tertium ponit Callicles, ii intelligantur, qui rerum civilium sint peritiores iidemque fortes et gnavi, ut aliis imperare queant, certe ab iisdem etiam iure exspectari posse, ut sibi ipsis imperent ideoque cupiditatibus suis moderentur (p. 491. A.). Ibi vero Callicles iracundia et indignatione excandescens continuo ad alterum transgreditur vivendi agendique principium, cum superiore arcte quidem coniunctum, sed propius tamen ad ipsius vitae actionem comparatum, ut iam ad quaestionem traducamur gravissimam, ex qua una maxime vitae bene beateque degendae ratio omnis suspenditur. Etenim temperantiae et moderationis commemoratione a Socrate facta Callicles iam contendere non verecundatur lubidinem, intemperantiam, indomitam quidvis agendi licentiam, tutam illam et poena



liberam, eam demum esse virtutem et vitam vere beatam ac felicem efficere (p. 490. E. — 492. D.). Tribuit igitur ille manifesto omnia vitae iucunditati atque lubidini. Quod tamen quam falso statuatur, Socrates deinde subtilissime tum ex ipsius voluptatis natura, tum ex boni et iucundi discrimine demonstrat. Quod quomodo fecerit, quum ex argumenti enarratione antea proposita sit perspicuum, tum hoc loco breviter ostendere licebit. Redit vero summa disputationis omnino huc. Primum enim ostenditur sensuum voluptatem non posse desiderio felicitatis nostro unquam satisfacere, quoniam natura sua sit plane inexplebilis. Dein falsum esse docetur, quod maxima voluptate statuatur etiam summam afferri felicitatem, quum voluptates reperiantur etiam doloribus mixtae. Denique etiam disputatione subtilissima et copiosissima p. 492. C. — 499. B. demonstratur bonum atque iucundum natura sua inter se esse diversa. Ex quo sponte consequitur in vitae actione non voluptatem et cupiditatis expletionem spectandam esse, sed bonum tamquam summum agendi finem propositum esse oportere, ad quod iam antea demonstratum est omnes actiones humanas referendas esse. Quae omnia ubi paullo diligentius perpenderimus, certe fugere neminem poterit legem moralem, quam antea naturae convenientem esse doceri meminimus, nunc etiam evinci eam esse, quae una boni et honesti ratione fulciatur, quippe quum iucundum atque bonum inter se diversa sint, ut iam pravi eudaemonismi ratio ac disciplina plane confutata habeatur. Unum tamen adhuc superest disceptandum, quod cum rhetorica propiorem habet coniunctionem atque etiam ad aliarum artium iudicium plurimum valet. Discernit enim iam Callicles voluptates bonas atque malas ideoque illas arbitratur sectari nobis et appetere licere. De qua sententia inde a p. 500. A. usque ad p. 513. C. haec fere disseruntur. Etsi verum est, inquit Socrates, hoc voluptatum discrimen, tamen vel hoc pacto tenendum est, de quo antea inter nos convenit, omnibus actionibus nostris illud, quod bonum est, tamquam ultimum atque summum propositum esse oportere ideoque iucundum boni caussa nec vero bonum iucundi caussa esse appetendum. Iam vero eae tantum artes, quae veri habent scientiam, idoneam eorum, quae efficiunt, rationem reddere possunt; aliae, quae mero usu experientia collecto nituntur, iucundi carent scientia et cognitione. Distinximus autem antea (c. 19.) artes eas, quae ad voluptatem tantum pertinerent, hanc unam curantes, sed id quod melius aut peius sit ignorantes,

atque illas artes, quae in corpore vel animo curando cognoscerent quid bonum et quid malum esset. Et illas quidem adulatorias nuncupavimus, in quarum numero praeter alias habentur imprimis etiam ars tragica et aliae poesis partes. Quae certe, demtis numeris et versibus, nihil amplius habere iudicandae sunt quam orationes ad populi oblectationem et voluptatem comparatas. Eadem vero ratio est rhetorices. Nam oratores Athenis et alibi in concionibus nihil fere nisi populo adulantur nec vero optimi caussa dicunt: id quod vel de clarissimis oratoribus et viris civilibus, quos Athenae viderunt, ita iudicari oportet, qui certe bonum neglexerunt. Et tamen sicuti in unoquoque opere ita etiam in reipublicae gubernatione ordo et ornatus spectandus est (*τάξις καὶ κόσμος*), sine quo nihil bonum aut perfectum potest exsistere. Inde vero virtus efflorescit. Nam ex illo animi ordine et ornatu oritur temperantia (*σωφροσύνη*, p. 507. A.). Temperans autem omnia faciet, quae ipsum facere oportet, tum erga homines, tum erga deos, ideoque etiam iustus et sanctus vel pius erit. Idem porro erit etiam fortis, siquidem nec sequetur nec fugiet quae sequi aut fugere non deceat. Atque idem etiam erit beatus, quoniam *εὖ καὶ καλῶς πράττει*; contra intemperans, ideoque omni virtutis laude destitutus, erit infelix. Itaque temperantiam necesse est in agendo nobis unice esse propositam vitata omni lubidinis licentia et intemperantia. Quod quidem ita esse, etiam totius rerum universitatis exemplum declarat. Dominatur enim per eam lex sempiterna et immutabilis haec, ut omnia ordine atque ornatu contineantur, unde hoc universum *κόσμος* appellatur (p. 507. A. — 508. A.). Quod igitur rhetorica et ars politica studet in civitate summa rerum potiri et iniuste factorum impunitatem consequi, id cum virtutis studio nullo pacto consistere potest, quum qui ita agunt atque sentiunt, ii semper etiam pravis aliorum studiis et cupiditatibus indulgere seque iisdem dedere cogantur. Quocirca vir bonus et honestus vel pessima quaeque perpeti malet quam isto pacto vivere; persuasum enim ipsi erit non ipsam vitam esse plurimi aestimandam, sed potius vitam iuste pieque transactam (p. 508. D. — 513. C.).

Haec igitur postrema est argumentatio, qua rhetorum agendi principia refelluntur, ducta illa ex ipsa artis natura, cui tamquam perfectionis species quaedam proposita esse debeat, qualis quidem perfectio sine ordine et ornatu ideoque sine temperantia ac virtute fingi aut cogitari nulla



possit. Quae quidem disputationis pars licet primo adspectu ad unam tantum rhetoricam aestimandam valere videatur, tamen patet item aliquanto latius. Docetur enim egregie in omni vitae munere obeundo tenendam esse veluti vivendi artem quandam, quae summae perfectionis speciem in virtute positam perpetuo intueatur eaque ratione perfecto vitae munere quam optime defungatur. Quod quam prope accedat ad sententiam de summo vitae humanae bono in pulcritudine, symmetria et veritate (*κάλλει καὶ ξυμμετρίᾳ καὶ ἀληθείᾳ*) posito, quae in Philebo p. 65. explicatur, nemo certe erit quin semel monitus ipse facile animadvertat. Quamquam in Gorgia ideae boni nulla usquam aut significatio fit aut mentio iniicitur. Enimvero in hoc quidem opere omnia disciplinae Socraticae referunt similitudinem needum ulla doctrinae idearum reperiuntur vestigia, quam Plato posteriore demum aetate doctrina Megaricorum, Eleaticorum et Pythagoreorum accuratius vel cognita vel explorata condidisse videtur.

Atque haec quidem est summa eorum, quae tertia hac pugnae contentione decernuntur. Examinata enim et confutata nunc sunt etiam agendi principia rhetoribus et viris civilibus novitiae disciplinae propria et communia. Nam primum quidem demonstratum est legem, quae prohibeat iniustitiam, neutiquam esse contra naturam temereque agere, qui constituto legis et naturae discrimine iniuste et violenter agendi licentiam propugnent eosque miseros et infelices esse dictitent, qui iniuste facere nolint. Deinde illud quoque est expositum, non esse lubidinis et voluptatis expletionem pro summo bono ducendam, praesertim quum iucundum et bonum inter se plane diversa sint, atque hac ipsa diversitate eam niti agendi normam atque regulam, qua omnia ad bonum tamquam summum actionum humanarum finem referre iubeamur. Denique etiam plane edocti sumus, licet bonae reperiantur voluptates, tamen in artium omnium ideoque etiam rhetoricae et politicae exercitatione summae perfectionis speciem esse spectandam, quae necessario ordinem et ornatum requirat ideoque temperantia reliquisque virtutibus necessario indigeat. Quibus omnibus denique effectum videmus, ut confutatis adversariorum opinionibus bene honesteque vivendi disciplina, moralibus fundata principiis, victoriam reportavisse existimanda sit.

Iam vero his ita disputatis inde a p. 513. D. initium capit tertia operis pars primaria, quae habet conclusionem, quippe quum doceatur, quid ex iis, quae

antea sunt exposita, denique ad vivendi rationem recte et prudenter deligendam consequatur. Etenim Callicles etsi Socratis disputatione ita est commotus, ut illum sibi bene disputasse videri ultro fateatur, tamen adeo est quasi consecratus suis opinionibus, ut vel meliora edoctus sibi de contrarii veritate nondum persuadeat (p. 513. D.). Nimirum populi amor sive democratia eum impedit, ut ait Socrates, quominus aliquando mentem suam mutet. Quamobrem iam Socrates, duplicis corpus et animum curandi rationis, quam antea (cap. 15. coll. cap. 19.) distinxerat, recordatione denuo resuscitata, adulatoriam illam spernendam esse censet atque probandam unice eam artem civilem, quae id quod optimum est habeat propositum. Huic vero, inquit, id muneris est propositum, ut cives quam optimos efficiat. Quocirca res ipsa postulat, ut qui reipublicae operam daturi sint, ii et idoneam (boni) s c i e n t i a m et rectum rerum usum afferant. Quod quoniam neglexerunt fere viri in republica Atheniensium olim versati, quorum antea est iniecta mentio, cives non meliores, sed peiores reddiderunt, ut nec mirandum sit, quod populus, utpote depravatus, iis pro meritis scilicet suis non meliorem rettulit gratiam, quam sophistis referre solent ipsorum discipuli (p. 513. D. — 520. E.). Itaque tandem unice amplectendam et colendam esse apparet veram illam et germanam civitatis curationem, ab adulatione et voluptatum aucupio aversam. Quae etiamsi multis saepe cum periculis atque adeo cum vitae discrimine conflictari cogatur, tamen una laude digna videtur. Quamobrem Socrates nec gloriari dubitat, quod ipse verae artis politicae in paucis peritus sit, utpote boni studio totam per vitam unice deditus. Eam vero rationem praeterea inde a p. 523. A. docet etiam certissima proposita habere praemia, quippe quae cum iustitia pariter atque cum pietate coniuncta sit, ut, si non in hac vita, at certe in vita olim futura summa felicitatis ornamenta consequutura sit, dum fraudes atque iniuriae, quamvis hic callidissime occultatae, maximis puniuntur suppliciis: id quod egregie declaratur fabulari narratione (p. 522. E. — 527. C.) universi libri argumento sollertissime attemperata. Ex quibus omnibus denique colligitur omnem turpem adulationem sedulo fugiendam atque etiam rhetoricen ad id quod bonum et iustum sit conferendam esse (p. 527. C.).

Haec igitur est tertia universi operis pars, qua denique disertissime declaratur, quid ex omni disputatione antea agitata ad sapientem vitae moderationem consequatur. Nam etsi haec disputationis particula proxime coniuncta est cum uno maxime colloquio inter Socratem et Calliclem instituto, tamen etiam sermonis cum Gorgia atque Polo habiti rationem duci imprimis ex eo manifestum fit, quod denuo scientiae ad artem oratoriam necessariae mentio fit, a qua prima parte omnis exorsa est disputatio, atque potentia, quam vera ars civilis habeat, quippe quum ad perpetuam ac sempiternam felicitatem plurimum valere iudicetur, non modo Calliclis, sed maxime etiam Poli de hac re opinioni e regione ponitur. Ex quo profecto debet esse perspicuum pertinere hanc sermonis conclusionem omnino ad totum colloquium, quale ab initio legimus, neque partem dialogi eam, qua Socrates cum Gorgia de natura rhetorices disputat, cum novissimis criticis tamquam pro introductione quadam habendam esse, qua reliquis quasi praeludatur.



Sed haec quidem de his satis. Restat ut monendum sit de e p i l o g o (p. 527. C. — E.). Is vero et brevitate et simplicitate sua prorsus insignis est, ut eo nomine plane respondeat prologo dialogi. Quum enim neque Callicles neque Polus neque Gorgias meliorem vitae bene et beate degendae rationem Socrati potuerint indicare ea, quam ipse fatetur sibi semper probatam esse, hanc unam censet tenendam ac sequendam esse, nec vero contrariam, quippe quae nihili aestimanda sit (p. 526. D. — 527. E.). Continet igitur epilogus denique nihil nisi commendationem eorum, quae philosophia suadeat.

Quum igitur satis iam apertum sit singulas colloquii partes hac ratione optime inter ipsas cohaerere et ad unum eundemque finem conspirare, quid sit, ad quod omnis disputatio denique pertineat, nobis quidem clarissime apparere videtur, neque iam opus est, ut aliorum de hac re opiniones supra obiter memoratas examinemus.

Quod autem in plerisque libris Platonis omnibus fieri solet, ut cum principe disputatione alia etiam connectantur, quae quasi secundaria opera explicentur, idem etiam in hoc sermone, argumenti varietate perquam insigni, locum habet. Etsi enim princeps disputatio in eo versatur, ut artem rhetoricam et civilem, qualis illa aetate regnabat, reiiciendam et ad philosophiae rationem aestimandam et vindicatis bene honesteque vivendi legibus revocandam esse doceatur, tamen cum ea plures aliae quaestiones arcte copulatae sunt, quae uberiore explicatione dignae viderentur, veluti de supremo humanarum actionum fine, de iusti et iucundi diversitate, de viri boni et honesti in perferendis malis et

iniuriis constantia ac dignitate, aliae, quas antea attigimus. Quae res omnes per se tantum habent momenti, ut probabile sit eas a philosopho deliberato consilio copiosius in hoc libro esse tractatas. Verum haud scio, an praeter principem illam de arte rhetorica ac civili disputationem nihil in hoc sermone tantum habeat ponderis et gravitatis, quantum Socratis iniuste condemnati defendendi consilium. Quod quum aliis ex locis*) recte videmur colligere, tum maxime ex iis elucere putamus, quae p. 521. A. seqq. a Socrate disseruntur. Videntur enim, postquam vir sanctissimus iniusto iudicio e medio sublatus erat, inter rhetores ac viros civiles novitios exstitisse, qui huius rei caussam omnem ex obscuro eius et umbratico philosophiae studio et ex artis oratoriae contemtu repeterent**) indeque docere conarentur, quantopere philosophia prae arte oratoria ac civili contemnenda esset. Quorum criminationes ut refellerentur, Plato in hoc sermone non solum docere studuit artificia istorum hominum esse improba et pestifera civitati, sed etiam ostendit solum Socratem inter Athenienses exstitisse virum vere *πολιτικόν*, ut qui spretis humilibus istis artibus, quibus vulgo homines ad potentiam et honores pervenire studerent, per totam vitam unice id egerit, ut civium suorum animos ad iustitiam, temperantiam, probitatem converteret et impelleret, ab improbitate et iniustitia avocaret, atque hanc ipsam caussam fuisse, cur ab Atheniensibus mortis supplicio affectus esset***). Qua ratione autem ille coram iudicibus caussam suam defendisset, id accuratius docuit edita Apologia, in qua Socratem ipsum de vita sua fecit copiose dicentem et quasi exemplum quoddam rhetorices Socraticae proposuit, ut facile possit intelligi hos libros argumenti quadam cognatione inter se contineri. Quamquam verisimile est Platonem ista simul sua caussa scripsisse, quandoquidem Socrate interemto id consilii cepit, ut prorsus a republica abstineret et unis vacaret philosophiae studiis. Hoc igitur vitae in posterum degendae consilium videtur item Gorgiae scriptione voluisse defendere eiusque caussas et rationes publice declararet†).

---

*) V. p. 469. B. p. 479. B. p. 486. B.

**) Huc pertinent illa Calliclis p. 484. C. p. 485. A. seqq. p. 500. C.

***) P. 521. A. seqq.

†) Vere Schleiermacherus Praefat. ad Gorg. p. 19: *„Vieles Andere steht in einer so genauen Verbindung mit der Vertheidigung des Socrates, dass man sagen könnte, es sei alles Wesentliche von dort —, nur über die unmittelbare persönliche Beziehung erhaben, dargestellt.“* Idem postea addit: *„Es scheint aber fast, als habe die Apologie des Socrates — die persönliche Beziehung nicht sowohl verloren, als vielmehr verändert, und sei eine Apologie des Platon geworden. — Sich selbst zu rechtfertigen über seine fortdauernde politische Unthätigkeit, zugleich aber auch zu zeigen, wie furchtlos er seinen philosophischen Weg fortzusetzen denke, diese Absicht lässt sich gar wohl denken in etwas späterer Zeit.“*



## IV. De temporibus, quibus Gorgias scriptus videatur, deque eius cum aliis Platonis operibus necessitudine. De dialogi habiti aetate.

Sed haec ipsa res quoniam arctissime coniuncta est cum disputatione de tempore libri natali, ultro iam quaerendum venit, quanam vitae aetate philosophus hunc dialogum litteris consignaverit. Nititur autem huius rei disputatio mera coniectura, quandoquidem notae, unde de libri primordiis aliquid colligere liceat, nullae peculiares reperiuntur. Facit tamen ipsum operis argumentum eiusque cum aliis scriptis Platonicis coniunctio ac necessitudo, ut ea in caussa non plane consilii inopes haereamus. Nam his consideratis fit sane longe verisimillimum scriptum illud esse post Socratis obitum, quo tempore philosophus apud animum constituerat in omne tempus publicorum negotiorum administrationi valedicere atque vitam suam unice philosophiae studiis consecrare. Cuius sententiae nostrae has fere caussas et rationes habemus. Primum enim caussa Socratis eiusque accusatio idemtidem significatur, ut p. 434. C. 469. B. 485. B. 500. C. 521. C. D. 522. A. B., idque fit non sine singulari acrimonia, ut profecto manifestum sit, quo tempore philosophus haec litteris exaravit, dolorem ex optimi magistri morte susceptum aut recentem adhuc in animo ipsius haesisse aut denuo vehementius exsuscitatum esse. Ex quo consequens est, ut dialogus existimandus sit aut non ita multo post Socratis obitum aut temporis aliquo articulo, qui eius memoriam vehementius resuscitaret, litteris consignatus esse. Nam quod Astius De vita et scriptis Platon. p. 137. inde collegit, origines operis in ipsa illa tempora conferendas esse, quibus caussa Socratis in iudicio sit versata, id refellitur locis compluribus, ut p. 522. A. seqq., ubi iniustum viri supplicium non obscure significatur. Porro Gorgiam manifestum est arctiore quadam argumenti neces-

situdine cum Apologia et Critone contineri, quandoquidem in eo non modo innocentia Socratis defenditur, verum etiam accuratius illustratur atque demonstratur, quod ibi ex Socratica ratione ponitur simpliciter et asseveratur, nullis fere argumentis sententiae allatis, iniuste agere nullo pacto licere atque adeo pro maximo malo ducendum esse. Sunt autem illi libri procul dubio post Socratis mortem evulgati. Ex quo consequens est, ut ne is quidem liber, qui sententias in iis breviter indicatas accuratius persequitur et disputandi subtilitate confirmat, antea componi potuerit. Atque idem plane etiam de Menone dicendum est, cum quo libro Gorgias non uno nomine cohaeret arctius. Nam in Menone quoque docetur rhetores ac viros πολιτικοὺς non esse idoneos virtutis civilis magistros, quia veri scientia (ἐπιστήμῃ) sint destituti, opponiturque scientia philosophi incertis et fluctuantibus virorum civilium opinionibus, quemadmodum in Gorgia temperantia, iustitia, probitas viri sapientis vanis artibus rhetorum atque pravis studiis et consiliis virorum in republica clarorum e regione collocatur. Quin etiam sicuti in hoc libro Gorgias eiusque discipulus Polus cum Callicle, homine rerum publicarum curioso, in medium producuntur, ita in illo scripto Meno ut Gorgiae discipulus atque Anytus, vir civilis et Socratis accusator, colloquentium partes habent, quorum ille sophistarum caussam defendit, hic autem agit caussam politicorum ac similiter ut Callicles in Gorgia sophistas tamquam meros artis doctores et a republica gerenda aversos fastuose contemnit ac despicit. Quum autem longe sit verisimillimum Menonem circa tempora Socratis periculosissima et viro sapienti capitis supplicium minitantia litteris exaratum esse, necessitate quadam efficitur, ut Gorgiam postea scriptum esse statuamus. Nam quod alii nuper contenderunt, Menonem post Gorgiam demum in lucem publicam prodiisse, id vel ideo parum est credibile, quia Gorgias illo libello est et sapientia uberior et arte aliquanto perfectior. Cavendum tamen magnopere est, ne idcirco Gorgiam existimemus continuo post illos libros esse elaboratum et in publicum emissum. Imo perquam verisimile est eum tum demum esse litteris perscriptum, quum philosophus, postquam aliquamdiu Megaris erat versatus, denique certius apud animum constituisset missa rerum civilium cura sese totum philosophiae studiis dedere, ita ut rectissime iudicasse videantur qui illum censuerunt eorum dialogorum, qui Socraticam doctrinam et rationem referunt, tamquam agmen claudere ac veluti transitum ad scripta alius generis parare. Cuius quidem sententiae argumenta satis gravia atque illustria suppetunt. Nam primum quidem ipsa dialectica in Gorgia usurpata non modo in eo versatur, ut adversariorum sententiae argute refellantur verae rationis vix levibus quibusdam factis significationibus, sicuti in dialogis more Socratico scriptis fieri meminimus, sed aliquanto est severior, quum per eam strenue id agatur, ut, licet per omnia urbanae irrisionis vis admirabilis dominetur, tamen item, quid verum rectumque videatur, luculentius demonstretur. Deinde loci quidam philosophiae, ut iam ex superioribus patet, tam plene accurateque illustrantur, ut philosophus videatur hinc potissimum in philosophiae moralis principiis plenius explicandis cepisse initium. Quocirca nec mirum cuiquam accidet, quod de iucundi et voluptatis natura postea in Philebo et Republica exposuit similia quodque in duobus Reipublicae libris prioribus, graviorem de iustitia et optima civitate suscepturus disputationem, Thrasymachum Chalcedonium de iisdem fere rebus fraudis coarguit, de quibus in Gorgia Polum erroris convincit, atque Adimantum et Glauconem similia in medium afferre iussit, quam in Gorgia tribuit Callicli. Nimirum resumsit ibi tamquam filum disputationis in Gorgia olim quasi inchoatum ac denuo in legentium animos revocavit, quae postremo in Gorgia de moralibus philosophiae principiis erat commentatus. Accedit ad haec, quod primarium libri argumentum talibus philosophi temporibus longe videtur fuisse convenientissimum. Quum enim rerum civilium studio plane valedicere et philosophiae meditationibus vacare constituisset, quid quaeso potuit facere tum opportunius, quam vel perniciosas et improbas rhetorum et virorum civilium artes castigare vel philosophiae dignitatem atque praestantiam in illustriore luce collocare? Enimvero isto quidem pacto sponte apparet defendisse ipsum simul egregie illud, quod tum animo agitabat, de deligendo vitae genere consilium atque caussas aperuisse, cur posthac republica abstinere et unis philosophiae studiis vacare apud animum constituisset. Nec vero ullo modo obscurum videtur, qui fieri potuerit, ut hoc tali tempore quum de omni rhetorica et arte civili, tum imprimis etiam de Atheniensibus eorumque reipublicae gubernatoribus subinde acerbius iudicaret atque Socratis caussam non sine animi quadam indignatione vel memoraret vel defenderet. Nam si ullo tempore, certe tum vel maxime debuit sentire, quanta fuisset indignitas, qua ita factum esset, ut vir innocentissimus publice accusatus capitis supplicio afficeretur. Atque convenit haec

ratio planissime etiam cum loco nobilissimo Theaeteti p. 172. C. seqq., ubi vita philosophorum data opportunitate item a calumniis adversariorum vindicatur. Enimvero scriptus Theaetetus procul dubio est non ita multo post Gorgiam, cum quo libro qua necessitudine contineatur, paucis significavimus Prolegg. ad Theaetet. p. 29. His vero ita exploratis una adhuc reliqua est dubitatio. Quippe rettulit Schleiermacherus operis primordia ad illa demum tempora, quibus Plato ex primo itinere in Siciliam et Italiam inferiorem suscepto in patriam redux factus fuerit. Quae sententia quantum recedat ab ea quam ipsi modo defendimus ratione, sponte intelligitur. Et videri ea sane possit aliquid commendationis ex eo habere, quod Pythagoricae doctrinae vestigia quaedam in hoc libro reperiuntur. Quorsum pertinent quae p. 508. A. de usu vocabuli *κόσμος* memorantur, quem tralaticium est Pythagoricae esse originis; pertinent item quae p. 507. E. ex sententia Pythagoreorum de amicitia et amore omnis rerum universitatis vinculo et p. 493. A. de corpore animi sepulcro exponuntur. Nec vero temere aliquis huc revocaverit *νεκυίαν* illam sive fabulosam de statu animorum post mortem futuro narrationem. At enim vero re diligentius considerata haec omnia neutiquam ita comparata esse videbuntur, ut inde Platonem, quo tempore haec scripsit, iam subtiliore et accuratiore doctrinae Pythagoricae notitia imbutum fuisse consequatur. Nam quae de mortuorum produntur iudicio, ea nihil plane habent Pythagorici atque manarunt potius ex unis popularis religionis opinionibus. Id quod tanto certius ita statuere licet, quod cum iis, quae extrema Apologia exposita leguntur, magnam habent similitudinem. Differt igitur mythus in Gorgia enarratus hoc nomine aperte plurimum ab iis fabulis, quas philosophus Phaedoni et Reipublicae libris subiunxit, in quibus sane non pauca sunt Pythagorica. Quod autem ad usum vocabuli *κόσμος* pertinet, videtur ille iam mature inde a Pythagorae aetate vulgo celebratus et per universam Graeciam propagatus esse, licet nulla dum interior doctrinae Pythagoricae notitia esset divulgata, de qua re v. ann. ad Tim. p. 27. A. et quos ibi auctores de hac re commemoravimus. Denique reliqua dogmata, quae hac in caussa in censum veniunt, non sunt mere Pythagorica, sed vel Orphica vel Empedoclea, ut Platoni iam ante iter Italicum atque Siculum nota esse potuerint. Itaque nihil profecto caussae est, cur ex istis coniectura de Gorgiae ortu posteriore capiatur. Ac



tanto minus hoc fieri recte poterit, quod Gorgias cum reliquis dialogis a Platone Socratica aetate sua consignatis hoc habet commune, quod in eo nulla dum reperiuntur doctrinae idearum vestigia atque omnia fere Socratico more disseruntur, licet iam ad pleniorem illustrium philosophiae locorum explicationem propius sit accessum: id quod clarius intelligetur lectis iis, quae de libris Platonis Socratica ratione scriptis in Prolegg. ad Opp. Platon. Vol. I. P. I. p. XL seqq. ed. 4. disputavimus.

Verum satis haec de tempore, in quod Gorgiae origines incidisse verisimile ac prope certum videatur. De qua re si quis plura scire aveat, legat is etiam quae de hac re in varias partes disputarunt Car. Fr. Hermannus Histor. Philos. Platon. Pol. I, 636 seqq. 476., Steinhart Prolegg. ad Gorg. p. 384 seqq. Vol. II. Interpret. Germ., Hier. Müller et Fr. Susemihl *Genet. Entw. d. Plat. Phil.* I. p. 112 seqq., qui de rei summa nobiscum omnino consentiunt. Ceterum nec negligenda sunt quae memoriae prodidit Athenaeus XI. p. 54., hunc Platonis dialogum etiam ipsi Gorgiae innotuisse: *ἄλλοι δέ φασιν*, inquit, *ὡς ἀναγνοὺς ὁ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν· ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἤκουσε.* Qui rumor si non plane inanis est, hinc quoque consequitur, ut Platonis dialogus non potuerit post primum eius iter in Siciliam susceptum litteris exarari. — Alia quaestio est, eaque haud paullo obscurior ac difficilior, de tempore, quo dialogus habitus fingatur. Quae quidem quaestio licet alicui primo adspectu admodum levis videatur, siquidem disputatio in libro praestantissimo de rhetorices ac philosophiae mutuis rationibus instituta vel sine accuratiore temporum notitia satis intelligi possit; tamen qui rem accuratius suis momentis ponderaverint aliquanto aliter iudicandum esse haud gravate concedent. Nam quum librorum Platonicorum plerorumque omnium haec sit ratio, ut quae in iis habentur disputationes, eae neutiquam ab ipsius vitae veritate seiunctae vagentur, sed potius cum ea multiplici contineantur necessitudine, ars autem atque compositio, qua insignes habentur, fere ad unam aliquam eamque certam temporum tamquam imaginem spectare soleat, tum ne de Gorgia quidem aliter licere existimari vel levis ac perfunctoria rerum in eo tractatarum consideratio unumquemque docere poterit. Quamobrem sanequam operae pretium videtur de his rebus disquirere accuratius, si forte fieri possit, ut quid pro vero probandum sit, aliquando reperiatur. Et de natali quidem

tempore operis modo expositum est; placet igitur accedere etiam ad eam quaestionem, quae pertinet ad tempora, quibus dialogum habitum fingi probabile videatur. Habet vero haec et ipsa singulares quasdam difficultates, quae vel nuperrimis libri interpretibus visae sunt adeo inextricabiles, ut plerique omnes rem in medio relinquere consultius duxerint, quam curiosius de ea exponere aut certi quid statuere. Nihilominus exquirere conabimur, num qua ad liquidum perduci queat quod adhuc in dubio et incerto relictum est, eoque modo experiri, num hac quoque opera nostra praestantissimo sermoni aliquid lucis admovere possimus. Tractabimus autem hanc materiam hoc ordine, ut primum quidem varias ac diversas criticorum de re controversa sententias paucis proponamus, deinde signa et indicia temporum dialogo ipsi impressa colligamus eorumque notemus discrepantiam, postremo autem dispiciamus, num quae prima specie maxime inter ipsa pugnare videntur, ea inter se conciliari et ad unam quandam temporum formam et imaginem, quae philosophi animo sit obversata, referri queant. Quod si commode fieri poterit, certe etiam tempus illud indagatum esse putari licebit, quo sermo habitus fingi existimandus sit, praesertim si etiam universi libri summam ei uni esse convenientem demonstratum fuerit.

Itaque primum quidem ubi quaerimus, quid libri interpretes atque critici de tempore iudicaverint, quo dialogus peroretur, regnat sane maxima ea de re sententiarum discrepantia, quandoquidem alii eum circa belli Peloponnesiaci initia habitum esse voluerunt, alii eum rettulerunt fere ad illius exitum, denique etiam exstiterunt qui ei medium inter utrumque tempus terminum assignarent. Nam Augustus quidem Boeckhius in censura editionis Heindorfianae Diariis Litterar. Ienensibus anni 1808. fol. 176. inserta sermonem refert ad primam Gorgiae legationem Olymp. 88. a. 2. = 427 a. Chr. n. iussu Leontinorum, popularium suorum, Athenas susceptam. Cui sententiae nuper etiam Sybrandus De Gorgia Plat. p. 4 seqq., Voegelinus Act. Societ. Graec. Lips. T. I. Fasc. IV. p. 234 seqq. aliique ita suffragati sunt, ut eam adeo uberius illustrare studuerint. Nec tamen ea ratio plane probata est criticis recentioribus. Nam Car. quidem Steinhartus nuper in Prolegg. interpretationi Opp. Plat. Germanicae ab Hieron. Müllero factae praemissis Vol. II. p. 393., etsi omnino de primo illo Gorgiae in Graeciam adventu cogitandum esse largitur, tamen fieri item posse censuit, ut intelligendum



sit potius tempus aliquod illo posterius, quamvis non longe inde dissitum, quo Leontinus sophista, peracto legationis munere, Athenas denuo reviserit. Longius vero inde discessit Ed. Munkius in libro: *Die natürliche Ordnung der Platon. Schriften*, p. 120., qui maxime propter ea, quae p. 519. ed. Steph. de Alcibiade disseruntur, de quibus mox dicetur explicatius, dialogum arbitratur Olymp. 90, 1. = 420 a. Chr. n. habitum fingi. Atque similiter etiam alii, alia similia sequuti temporum vestigia, statuisse reperiuntur, in quibus est Ed. Jahnius Praef. ad Gorg. p. XVI. Sed maximam ab illa sententia discessionem fecisse existimandi sunt qui habiti dialogi tempus ad extremam belli Peloponnesiaci aetatem rettulerunt. Quod quidem praeter alios fecerunt viri praestantissimi Frid. Schleiermacherus et Frid. Astius, qui quum in aliis multis de Gorgiae caussis et consiliis dissentiant, tamen in eo conspirant amicissime, quod e loco p. 473. C. clarissime apparere iudicaverunt sermonem non alio tempore habitum fingi quam Olymp. 93, 4. vel 405 a. Chr. n., quamquam quae huic rationi adversari videntur, ea diligentiori examini haudquaquam subiecerunt. Atque hanc rationem probavit etiam C. Fr. Hermannus in Histor. Philos. Platon. Vol. I. p. 476., etsi de eadem p. 634. ann. 390. loquitur dubitantius, argumentis eius quibusdam in controversiam vocatis. Itaque sponte intelligitur, opinor, virorum doctorum iudicia hac in caussa discrepare non mediocriter, quandoquidem agitur de discrimine dumtaxat viginti trium annorum. Quid igitur? putabimusne ipsum Platonem, dum dialogum et elegantissimum et gravissimum composuit, in adornandis sermonibus adeo fuisse incuriosum vel inconstantem, ut ne informaverit quidem animo certi alicuius temporis statum et conditionem? an vero nobis persuadebimus eum confusis et commixtis temporum indiciis communem quandam et ex variis aetatibus conflatam rerum publicarum imaginem spectavisse, sicuti nuper Deuschlius statuit, qui philosophum arbitratus est non tam certum quoddam tempus, sed potius communem quamdam temporis ideam esse intuitum? Enimvero nobis quidem neutra placet sententia. Utroque enim pacto philosophus gravissime violaturus fuisset artis leges, ex quibus, sicuti fabulis scenicis, ita etiam dialogis ad illarum similitudinem compositis certum aliquod tempus constitutum esse debet, ad quod denique omnia, quae aguntur atque disseruntur, probabiliter referri queant. Itaque quaesivisse sane iuvabit, num qua tempus possit certius definiri,

quo Gorgiae sermo institutus fingatur. Quocirca primum quidem varia temporum signa et indicia sermoni luculentius impressa collegisse iuvabit.

Ordiamur vero a recensendis iis temporum notis, unde colloquium Olymp. 88, 2. = 427 a. Chr. n. vel paullo post habitum fingi coniectum est. Quibus enumeratis progrediamur ad ea cognoscenda, quae illi·rationi adversantur. Et primum quidem hic memoranda est Gorgiae Leontini legatio Olymp. 88, 2. = 427 a. Chr. n. Athenas suscepta, qua ille efficere studuit, ut popularibus suis auxilium Atheniensium contra Syracusanos compararetur, de qua re praeter alios narrat Diodorus Sic. XII. p. 513. ed. Wess. Enimvero huius opportunitate rhetor celeberrimus narratur primum artificialem rhetorum Siculorum eloquentiam in Graeciam pertulisse, quam quum alii Graeci, tum imprimis Athenienses maximo studio exceperint. Dedit enim tum non modo publice, sed etiam privatim illustria eius documenta, quae audientium animos valde moverunt et in maximam admirationem abripuerunt. Id quod Plato ipse memoriae prodidit in Hippia mai. p. 282. B., ubi de illa Gorgiae legatione verba faciens inter alia haec narrat: *καὶ ἐν τῷ δήμῳ*, inquit, *ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆςδε τῆς πόλεως*, i. e. Athenis. Ad hoc igitur legationis tempus viri doctissimi, quos modo nominavimus, dialogum omnem comparatum esse censuerunt propterea, quod tum novum istud eloquentiae genus in Sicilia excultum et primum in Atticam perlatum sit et maximam audientium admirationem excitaverit, qualis ei postea vix rursus potuerit obtingere. Enimvero quantus tum Gorgiae honor Athenis sit habitus, id quum aliorum narrationibus cognoscitur, tum Olympiodori constat testimonio, qui eos dies, quibus sophista artem suam coram populo ostentaverit, ab Atheniensibus pro festis habitos fuisse ipsasque eius orationes lampadas appellatas esse scribit, v. ann. nostr. ad Gorg. p. 417. A. Iam vero cum hoc temporis indicio mirabili sane modo concordat, quod p. 503. C. Pericles dicitur *νεωστὶ τετελευτηκέναι*. Incidit enim Periclis mors in Olymp. 87, 4. = 429 a. Chr. n., ut duobus annis ante Gorgiae legationem evenerit. Quod quantum ad tutandam superioris rationis verisimilitudinem ac probabilitatem valeat, certe nemo erit quin sua sponte animadvertat. Nec vero inde abludit aliud quid. Dicitur enim Demos, Pyrilampis filius, p. 481. D. a Callicle in deliciis habitus esse.



Eum vero Olymp. 89, 2. = 423 a. Chr. venustate iuvenili eminuisse eoque nomine admodum fuisse celebratum satis perspicitur e Vespis Aristophanis vers. 97 seqq., quae fabula teste argumenti scriptore eo anno acta est. Neque nihil facere videtur ad communiendam illius sententiae fidem et auctoritatem, quod p. 472. A. Nicias et Aristocrates videntur in vivis numerari, quorum alterum Olymp. 91, 4. = 413 a. Chr. periisse, alterum Olymp. 93, 3. = 406 a. Chr. supplicio affectum esse certis constat historicorum testimoniis, v. Thucyd. VII, 18 seqq. Plut. Vit. Nic. c. 28. et Thucyd. V, 19. 24. Xenoph. Hell. I, 6, 29. Verum enim vero licet haec omnia ita comparata sint, ut colloquii scenam in belli Peloponnesiaci initia conferendam esse probare videantur, tamen nec pauca sunt, quae non levem ea de re iniiciant dubitationem atque alia omnia suadeant. Pertinet huc primum, quod p. 484. E. 486. B. seqq. et p. 493. E. complures versus ex Euripidis Antiopa recitantur, ita quidem, ut inde etiam magnam partem argumenti fabulae cognoscamus, de qua dixit Aug. Matthiae Euripid. Opp. T. IX. p. 72 seqq. Eam vero fabulam non multo ante Ranas Aristophanis, h. e. non multo ante Olymp. 93, 3. = 406 a. Chr. n. doctam esse patet ex annot. scholiastae ad Ran. vers. 35., ubi cur in Ranis Andromeda, iam diutius in scenam producta, nec potius aliae tragoediae Euripidis nuper demum actae carpantur, his verbis declaravit: *Τῶν καλλίστων Εὐριπίδου δρᾶμα ἡ Ἀνδρομέδα. διὰ τί δὲ μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἡ δὲ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει* (Olymp. 91, 4.) *προῆκται. ἀλλ' οὐ συκοφαντητὰ ἦν τὰ τοιαῦτα.* Iam vero Antiopa si acta est intra Olymp. 91, 4. et Olymp. 93, 3. = 413 et 406 a. Chr. n., licet revera aliquanto post Olymp. 91, 4., fortasse extrema Olymp. 92. vel ineunte Olymp. 93., in scenam producta videatur, mentio huius fabulae, praesertim tam diserta et copiosa, sanequam plurimum officit eorum rationi, qui Gorgiae dialogum in Olymp. 88, 2. = 427 vel tempus finitimum reiiciendum esse arbitrati sunt. Sed plus etiam dubitationis afferunt quae p. 519. A. de Alcibiade disseruntur. Tangitur enim ibi non obscure invidia illi ut homini iam in republica clarissimo conflata, quandoquidem Socrates de eius fortuna metuens haec de eo vaticinatur: *σοῦ δὲ ἴσως ἐπιλήψονται καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου, ὅταν καὶ τὰ ἀρχαῖα προςαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο, οὐκ αἰτίων ὄντων τῶν κακῶν, ἀλλ' ἴσως συναιτίων.* Accessit autem Alcibiades ad rempublicam non ante Olymp. 90, 1.

= 420 a. Chr. n. et quidem ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος, ut ait Thucydides V, 43., quo facto brevi effecit, ut foedere inter Athenienses et Argivos conciliato magnam apud populum auctoritatem adipisceretur. Iam vero Socrates etsi teste Xenophonte Memor. I, 1, 24. ab illo inde tempore ab eo neglectus est, tamen eum apud Platonem p. 481. D. sibi usque amatum esse profitetur, quod quomodo accipiendum sit, sanequam dubium videtur. Sed utcunque ea de re statuerimus, illud quidem positum est extra omnem dubitationem, nec per ea, quae de Alcibiade l. c. memorantur, dialogum ad Olymp. 88, 2. retrahi licere. Sed ad haec accedit etiam tertium quiddam, quod non minoris momenti est. Iniicitur enim p. 470. D. 471. A. D. 472. D. 479. A. D. E. 525. C. D. Archelai, regis Macedoniae, mentio, ita quidem, ut memorata opinata eius felicitate imprimis scelera et flagitia exagitentur, quibus ad imperium obtinendum grassatus sit. Hunc vero aut Olymp. 89, 3. = 422 a. Chr. n. aut Olymp. 91, 4. = 413 a. Chr. n. regno potitum esse idemque usque ad Olymp. 95, 1. = 400 a. Chr. n. obtinuisse, secundum ea, quae Dodwell. Annal. Thucyd. Sect. XXVI., Clinton. Tab. Chronol. p. 80., Ritschel. De vita Agathonis Cap. I. disputaverunt, tam certum est, quam quod est certissimum. Quocirca his si quid est tribuendum, profecto inde efficitur, ut dialogus ante Olympiad. 89, 3. s. 422 a. Chr. non potuerit habitus fingi. Invenimus igitur hactenus tria temporum indicia, quibus graviter commoneamur, ut ne sermonem temere Olympiadi 88. assignemus, sed potius post Olymp. 89, 3., imo etiam post Ol. 90, 1. adeoque post Olymp. 91, 4. vel Olymp. 92. ponamus. Sed addenda sunt his etiam alia, quibus sermonis tempora sane propius ad belli Peloponnesiaci exitum reiicere cogamur. Memorantur enim de Socrate quae non alia nisi illa aetate accidisse exploratum habetur. Nam primum p. 521. C. D. seqq. 522. B. haud obscure significatur accusationis periculum viro sapientissimo imminens, ut qui populi studia et cupiditates negligat et contemnat. Deinde p. 473. E. ipse Socrates narrat sese anno superiore populum in suffragia mittere nescivisse, quibus verbis quid significetur, nobis quidem non videtur esse dubium. Nam Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. quum de ducibus, qui in pugna ad Arginusas propter coortas tempestates mortuos tollere omisissent, in comitiis ageretur, unus Socrates, quem Xenoph. Mem. I, 1, 18. illo ipso die prytanum ἐπιστάτην fuisse scribit, auctoritate sua impediit, ne populus in suffragia mitteretur, ut scilicet vitaretur iniustitiae dedecus et ignominia, conf. Xenoph. Hellen. I, 7, 9—16. coll. Mem. IV, 4, 2. et Platon. Apolog. Socrat. p. 32. B. C. D., quo loco Socrates ipse rem dilucide exponit. Habes vero iam omnem indiciorum temporis in Gorgia obviorum varietatem et multitudinem, quam certe tantam esse apparet, ut haud sane mirum accidat, quod viri doctissimi in definiendis colloquii temporibus in partes adeo diversas abierunt, ut ad hunc usque diem quid tandem rei sit nondum exploratum habeatur. Nihilominus autem, sicuti iam antea censuimus, summo dialogorum artifici consentaneum est certum aliquod tempus ob oculos esse versatum, cui omnem sermonem accommodaverit, quandoquidem alioquin de artis legibus actum foret, quae in condendo tali opere necessario observandae fuerunt. Quamobrem iam tandem accedere licebit ad exponendam eam de dialogi temporibus sententiam, qua probata omnes difficultates, quae hac in caussa locum habere visae sunt, evanescere videntur.



Fatemur autem aperte nos etiamnunc unice pro vera probare Schleiermacheri et Astii sententiam, qui e loco p. 473. E., ubi Socratis memoratur epistasia, collegerunt sermonem iis temporibus esse adaptatum, quae Athenis Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. exorta erant, ita ut ad eum potissimum rerum statum et conditionem respectetur, qui tum in Attica republica eiusque administratione obtinebat. Cuius sententiae nostrae caussas et rationes has potissimum habemus. Primum enim Plato hoc tempus tam clare ac perspicue indicavit, ut, si aliam rerum conditionem ob oculos habuisset, ineptissime scripsisse existimandus esset quae p. 473. E. de Socratis munere senatorio prodidit. Deinde omnes difficultates chronologicae, quae visae sunt, hac una ratione prorsus tolluntur, si sermones tum ponamus habitos esse. Denique etiam universi libri argumentum, quod in taxanda recentiore eloquentia et arte politica versatur, iis demum temporibus videtur convenire, quibus novitiae artis ac disciplinae vis perniciosa iam in propatulo erat, ita ut de eius effectibus non amplius dubitari posset, quod ipsum maxime bello Peloponnesiaco ad finem vergente ita accidit. De quibus rebus iuvabit ordine deinceps eo modo explicare, ut quid de singulis sentiamus, clarius intelligatur.

Censemus igitur ante omnia diligentissime esse animadvertendum, quod nescio quo modo a multis nuper non satis animadversum est, Socratem p. 473. E. ita loquentem induci, ut sese anno proxime superiore prytanis munere

publice functum esse clarissimis verbis testificetur. Postquam enim Polus iracundius ei haec dixit: *Οὐκ οἴει ἐξεληλέγχθαι, ὦ Σώκρατες, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς, ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων; ἐπεὶ ἐροῦ τινα τουτωνί*: ille facete et urbane in talibus significans non singulorum suffragatione opus esse, siquidem veritas rationum pondere, non suffragiorum numero cognoscatur, ideoque talem rogationem deprecans, *Ὦ Πῶλε*, inquit, *οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ πέρυσι βουλεύων, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. μὴ οὖν μηδὲ νῦν με κέλευε ἐπιψηφίζειν τοὺς παρόντας.* Quo quidem temporum indicio nihil videtur esse posse evidentius. Frustra enim nuper exstiterunt qui non epistasiam illam Socratis significari putarent a Xenophonte luculente descriptam et ab ipso Socrate in Apologia Platonis narratam, sed potius aliam eamque incertam et a rerum scriptoribus silentio transmissam, quam sententiam mira prope iudiciorum consensione amplexi sunt Sybrandus ac Voegelinus ll. cc. et nuper Munkius l. c. p. 125., hoc usi argumento, quod apud Platonem in Gorgia sermo sit de re perquam ridicula et probrosa, quum ibi Socrates semet ipsum ostendat in administrando munere publico adeo stolidum et ineptum fuisse, ut adeo populi multitudini risum debuerit, apud Xenophontem autem et in Apologia Platonis agatur de sapienti eiusdem muneris administratione, quae singularis cuiusdam constantiae et fortitudinis testimonium exhibuerit, quandoquidem unus, ceteris omnibus vel populi cupiditati vel necessitati cedentibus, gravitate sua prohibuerit, quominus de ducibus accusatis iniquius statueretur. Nimirum ista ratione illi tollere ac removere conati sunt quod non quidem Platonis narrationibus, sed suis ipsorum opinionibus sanequam plurimum officere animadvertissent. At enim vero nos quidem si quid iudicare possumus, mero illi arbitratu finxerunt quod neque per se ullo modo credibile est, praesertim historiae testimoniis destitutum, neque ut confingeretur usquequaque necessarium fuit. Nam ut nihil de eo dicamus, quod non facile intelligitur, qua ratione Socrates se in administrando epistatae munere dare potuerit tam turpiter, quis quaeso sibi persuadebit, si ille in isto negotio sese tam fatuum et inertem praestitisset, futurum fuisse, ut id semel tantum memoraretur neque idemtidem ab antiquitatis scriptoribus narraretur? Nimirum fuit sane haec in gerenda republica Socratis inscitia adeo singularis, ut in promtu sit non modo Socratis ipsius, sed etiam aca-



demicae familiae adversarios lubentissime materiam ridendi et calumniandi inde depromturos fuisse. Nunc vero quid tandem factum videmus? Nimirum tacent ea de re aequales ac suppares; tacent amici et inimici; tacent Socratici ac non Socratici; tacent denique omnia saecula, usque dum tandem hac aetate sapiens istud inventum duplicis Socratis epistasiae, alterius temerariae, alterius sapientissimae, factum est, quo scilicet historia novo eoque plane insolito commento locupletaretur. Nimirum quicunque locum Platonis, de quo agitur, sine praeiudicata opinione consideraverint, iis certe apertum fore putamus loqui ibi Socratem consulto de re gravi ac seria iocose atque ridicule. Quod enim vir sapientissimus deliberato fecerat consilio, ut ne iustitiae leges violarentur, id callide facetam per ironiam inertiae suae tribuit, ne scilicet Polus, quocum ibi colloquitur, porro postulet, ut singuli audientes sententiam de iis rebus rogentur, quae modo disputatae sint. Qua quidem facetissima irrisione animadversa quo facilius omnes tolluntur loci molestiae ac difficultates, tanto magis ea ratio pro vera agnoscenda videtur, ut haudquaquam ad mirum istud de duplici Socratis epistasia commentum confugiendum sit. Incidit igitur colloquium in Gorgia habitum, ipso scriptore luculente testante, in Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr., qui fuit annus belli Peloponnesii paenultimus, habitumque videtur anno ineunte, eodem fere tempore, quo Ranae Aristophanis acta est, siquidem quae postea publice gesta sunt, ea propter eventorum tristitiam veridissimile reddunt philosopho posterius tempus ob oculos esse versatum. His autem ita positis sequitur, ut etiam ostendendum sit cum ea ratione reliqua omnia, quae criticis scrupulum iniecerunt, nullo fere negotio conciliari posse, quod ipsum certissimo argumento erit sanequam probabilia esse quae de tempore instituti sermonis iudicavimus. Et primum quidem nunc apparet luculentissime, qui fieri potuerit, ut iis quos supra iudicavimus locis futura Socratis accusatio significaretur adeoque criminatio de iuvenum corruptione, quam accusatores postea homini innocentissimo obiecerunt, non obscure commemoraretur. Enimvero gliscere sane iam tum odia in illum coeperant vel propterea, quod qui olim eius familiaritate usi erant in republica clari ac potentes exstiterant, id quod imprimis de Alcibiade ita iudicari oportet, qui tum idemtidem populi gratia exciderat, ita ut eius consilia etiam magistro verterentur opprobio. Habent igitur illi loci omnes isto pacto explicationem longe commodissimam, qui collo-

quio in primos annos belli Peloponnesiaci collato sermoni perquam importune intertexti esse existimandi forent. Sed hoc ipsum nos admonet, ut etiam paucis disquiramus, quorsum pertineant quae p. 519. A. et p. 481. D. de Alcibiade perscripta leguntur. Accusat vero Socrates p. 519. A. Athenienses, quod praesentium malorum caussas non in veros illorum auctores, qui antehac vixerint, sed potius in eos, qui nunc ipsum vivant, conferre soleant, unde eos augurатur etiam Calliclem atque amicum suum Alcibiadem prehensuros esse, quando pristina quoque una cum iis, quae adhuc acquisiverint, perdituri sint. P. 481. D. seqq. autem Calliclem lepide cavillatur, quod per omnia concedat tam τῷ δήμῳ Atheniensium quam Δήμῳ, Pyrilampis filio, quum ipse unam philosophiam in deliciis habeat, quae eadem semper suadeat et alteris deliciis suis, Alcibiade, multo constantior sit, quippe quum Cliniae filius aliis atque aliis utatur orationibus. Haec igitur omnia iam quaerendum est num qua et ipsa in Olymp. 93, 4. conveniant. Videntur autem ea facillime expediri posse, dummodo ne ad iuvenilem Alcibiadis aetatem, sed ad maturiores eius annos referantur. Quippe respicitur, opinor, ad fortunam et conditionem, qua Olymp. 93, 3. sive anno ante habiti sermonis tempus proxime superiore usus est, quorsum respexit etiam Aristophanes Rann. in parabasi vers. 693 seqq. Tum enim Alcibiades post praelia quaedam secunda, quae ipso duce erant commissa, propter Antiochi ducis imprudentiam quandam ac temeritatem exercitus imperio, aliquot annis ante accepto, rursus summotus est. Posteaquam enim apud Tisaphernem, regis Persarum praefectum, diutius erat moratus, Athenarum civitate interea civilibus partium studiis vehementer conquassata factum est, ut Olymp. 92, 2. = 411 a. Chr. Thrasybulo auctore dux maritimi exercitus crearetur et in patriam revocaretur. Quo facto splendidissimis victoriis de Lacedaemoniorum classe reportatis ita Athenas revertit, ut ibi etiam maximis honoribus ornaretur. Mox tamen Antiocho, classis gubernatore, a Lysandro ad Ephesum devicto mobilis turbae decreto summa imperii rursus privatus est, Conone in ipsius locum suffecto, id quod ita accidit Olymp. 93, 2. vel 3. = 406 a. Chr. v. Xenoph. Hellen. I, 4, 18. coll. I, 1, 1 seqq. Diodor. XIII, 38. Nep. Vit. Alcib. Thucyd. VIII, 38. Plutarch. Alcib. 35. al. Illuc igitur, ubi colloquium Olymp. 93, 4. assignamus, locum illum p. 519. A. referamus necesse est. Nec vero intelligimus, cur id fieri non posse existimemus. Nam maturiorem



spectari Alcibiadis aetatem vel ex eo colligas, quod illi in rebus civilibus ab ipso Socrate exprobratur insolentior quaedam iudiciorum et consiliorum inconstantia, a sapientiae rationibus alienior. Ex quo patet eum iam in republica versatum informari. Nec vero in altero loco p. 481. D. seqq. quidquam inest, quod huic sententiae ullo modo officiat. Quod enim ibi Socrates Alcibiadem vocat delicias suas itemque Calliclem ait Demum adeo in deliciis habere, ut ei per omnia morigeretur, fit hoc aperte per facetum iocum, quandoquidem ambo iudicantur eos adhuc diligere viros factos, quos pueros vel adolescentes adamaverint, hoc tamen discrimine, quod ipse Alcibiadis inconstantiam reprehendit, Calliclem autem dicit Demo per omnia obsecundare: in quo facetus inest aculeus in hominem democratiae intemperantius amantem. Quocirca frustra profecto hic anquisiveris, num Alcibiades aut Demos, Pyrilampis filius, tum adhuc flore iuvenili nituerint, quod certe non opus fuit ea quam nos probamus interpretatione admissa; satis enim erit novisse eos tum in optimo virilis aetatis flore fuisse constitutos, ut in republica clari exsistere potuerint, quod certe subductis omnibus rationibus nemo infitias ire audebit. Alcibiades quidem certe, si natus fuit Olymp. 82, 2. = 455 a. Chr., sicuti nuper critici duce Meiero in Indic. Lectt. Gryphiswald. anni 1821. 4. probabiliter statuerunt, vegetam aetatem haudquaquam iam egressus fuit, siquidem tum fuit quadragenarius. Nec vero de Demo multo aliter existimandum erit, licet is, quo tempore dialogus habitus fingitur, etiam aetate minor fuisse videatur. Verum satis de his. Apparuit enim vel ex his, opinor, quae de Alcibiade exposita leguntur, ea nihil impedire, quominus dialogum eo quo diximus tempore habitum esse existimemus. Sequitur vero, ut de aliis temporum indiciis explicandum sit, quae antea vidimus in ipso opere prodita esse. Habent autem iam nec illa difficultatem ullam, quae narrantur de Archelao, Macedoniae rege. Qui ut diutius ante colloquii Platonici tempora per scelera et flagitia regno potitus sit, tamen extremis quoque belli Peloponnesiaci annis potuit memorari commodissime, siquidem etiam tum memoria eius Athenis usque viguit, sicuti vel Euripidis vita luculente testatur, idque etiam ideo factum est, quod posteriore regni sui tempore vulgo felix ac beatus est praedicatus, cuius ipsius rei memoria Platonici sermonis argumento longe est convenientissima. Quo quidem loco nec scrupulum iniicit formula χθὲς καὶ πρώην p. 470. D., quam etiam de tempore remotiore ad-

hiberi consuevisse vel unus locus Legum Plat. III. p. 677. C. D. luculenter evincit. Sed haec de Archelao. Iam vero nec illud a nostra ratione abhorret, quod Antiopa Euripidis idemtidem memoratur. Quidni enim id colloquio Olymp. 93, 4. habito aptissime factum putetur, praesertim quum Euripidem eum poetam fuisse constet, qui novitiae disciplinae assectatoribus imprimis gratus et acceptus fuerit? Nec vero illud scrupulum iniicit, quod Pericles p. 503. C. dicitur νεωστὶ τετελευτηκέναι. Quod etiamsi prima specie eorum rationi opitulari videatur, qui sermones initio belli Peloponnesiaci habitos esse iudicaverunt, tamen minime obstat sententiae contrariae,— quam nos amplectendam censemus, ut nec Athenaeus Deipnosoph. V. p. 217. audiendus sit, qui more suo acrius in Platonem invehitur, quod hic intolerabilem admiserit anachronismum, quippe quum inter mortem Periclis et Gorgiae dialogum viginti trium ferme annorum spatium intercesserit. Constat enim eiusmodi temporis adverbia admodum infinite usurpari solere, ut modo de longiore, modo de breviore temporis spatio intelligenda sint, prouti id, de quo agitur, cum praesenti rerum memoria comparatur. Id quod vel Latinum nuper et modo docet, de quo iuvabit consuluisse I. A. Ernesti Clavem Ciceronianam s. v. De νεωστί vero ita usurpato ne qua dubites, usus est eodem vocabulo Thucydides Lib. I. cap. 95. de spatio viginti ferme annorum, quandoquidem Iones ibi dicuntur, quum nuper a rege defecissent, Pausaniae arrogantiam aegre tulisse: ad quem locum praeter alios plura id genus exempla adnotavit Göllerus; conf. etiam Casaubon. ad Athen. p. 384. = Tom. III. p. 234. ed. Schweigh. Itaque nullo negotio intelligitur ne Periclis quidem mentionem eo valere, ut sermones proxime post Olymp. 88, 2. ponamus. Neque vero aliter iudicandum videtur de iis, quae p. 472. A. de Nicia et Aristocrate perscripta leguntur. Quum enim illi prima specie videantur ut vivi memorari, quod sane pugnaret cum tempore, cui Gorgiae sermones assignandos arbitramur, tamen universo loco accuratius excusso rem aliter se habere sponte apparebit. Quippe nos quidem si quid iudicare possumus, sententia illius fere huc redit: In tali caussa, quae una recta ratione diiudicanda est, testes proferre velle perversum videtur, siquidem illi omnes praeiudicatae opinionis errore occupati esse possunt. Itaque quod tu censes, o Pole, divitias atque opes in maxima felicitatis parte esse ponendas, id vero testabitur Nicias una cum fratribus suis, qui tripodes



in templo Dionysi pretiosissimos ut donaria dedicarunt; testabitur Aristocrates, Scelliae filius, qui Apollini Pythio celeberrimum illud donarium consecravit; testabitur denique tota Periclis domus atque gens quaevis alia, quamcunque demum elegeris. Nimirum facile intelligitur, id quod etiam Frid. Astius perspexit, testari nunc etiam mortuos dici, quatenus magnifica eorum donaria etiam nunc indicium faciant, quanti ipsi opes ac potentiam aestimaverint. In quo profecto nihil inest, quod a recto loquendi more et consuetudine ullo modo recedat, quandoquidem vulgo quoque mortuos aliquid testari dicimus, si opera eorum tamquam testimonia iudicii aut voluntatis ipsorum proferuntur. Nicias vero quod imprimis hac in caussa commemoratur, meminisse iuvabit eum maximas possedisse divitias ex metallis Laureoticis comparatas, ubi mille habuit operarios; v. Plutarchi Nic. c. IV. Xenoph. De Vectig. IV, 14. Inde igitur etiam magnificos illos tripodes posuit, quum choragus vicisset (v. Plutarchi Nic. p. 524. E.), eoque declaravit, quantum divitiis et opibus tribueret, quamvis ceterum religiosae pietatis et probitatis laude floruerit (v. Thucyd. VII, 76. 80.), ut eius testimonium hac in caussa ideo etiam gravius videri potuerit. Atque haec quidem omnia quum iam videantur satis esse expedita neque ulli dubitationi locum relinquere, tum aliquanto difficilior quaestio est, num qua fieri potuerit, ut Plato verisimiliter Gorgiam una cum Polo exeunte bello Peloponnesiaco sive a. 405 a. Chr. n. Athenas venire atque Socratem tum demum cum illis atque Callicle de arte oratoria et civili sermones instituere iuberet. De qua quidem quaestione breviter explicare licebit. Quamvis vero Gorgiae et Poli tempora parum explorata habeantur, tamen nobis ita statuendum videtur, ut illud sane non incommode fieri potuisse largiendum sit. Enimvero tenendum hic ante omnia est, quod a plerisque criticis neglectum esse sane mireris, Platonem ipsum in scena dialogi et in reliquo sermone nihil quidquam posuisse, unde de prima illa Gorgiae legatione a. 427 facta aut de tempore ei vicino cogitari oportere consequatur. Imo clarissime indicavit philosophus habitum fingi dialogum, quo tempore rhetor vel sophista celeberrimus iam crebriores per Graeciam peregrinationes suscepisset. Nam p. 449. B. Gorgiam fecit haec profitentem: ἐπαγγέλλομαί γε τοῦτο οὐ μόνον ἐνθάδε (Athenis), ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι. Quocirca ipso adeo Platone teste sententia eorum fraudis coarguitur, qui dialogi perorationem

ad belli Peloponnesiaci initium reiecerunt, siquidem nusquam testatum legimus Gorgiam iam ante illam legationem Graeciam peragravisse atque artem suam ostentare consuevisse. Iam vero animo circumspicientes, num qua fieri potuerit, ut sophista senex factus Athenis data aliqua rei opportunitate nova artis suae documenta illustriora ederet, ne hac quidem in re plane inopes consilii haeremus. Lustrantes enim varias scriptorum de vita ac fortuna ipsius narrationes, de quibus v. ann. nostr. ad Cap. I. in., facile animadvertemus omnes illas, sicuti vere arbitratur Nic. Sybren Sybrandi l. c. p. 12 seq., nullo fere negotio ita posse inter se conciliari, ut Gorgiam legatione sua defunctum existimemus rediisse quidem in Siciliam, quo rerum a se gestarum rationem redderet, sed eundem postea statuamus, interiecto aliquo temporis spatio, iterum Athenas esse profectum. Ibi vero dum hospes commoratus est, universam prope Graeciam imprimisque Thessaliam lustravit, illic artem suam ostentans. Ex quibus quidem itineribus, etsi interea subinde Athenas ad breve tempus revertisse videtur, tamen post diuturniorem demum absentiam ita rediit, ut ibi tandem perpetuo remaneret usque ad mortem, quam vegetus robustusque senex anno aetatis octogesimo vel centesimo quinto aut octavo obiisse narratur; v. Athen. XII. p. 548. C. D. Rediisse eum Athenas lustrata Graecia atque Thessalia ibique rerum suarum sedem denique perpetuo fixisse colligas ex Athenaeo XI. p. 508. D. E. = T. II. p. 1136. ed. Dind. Docuisse autem ipsum Athenis iam senem factum vel potius orationes ostentationis gratia tum ibi habuisse memoriae prodidit Philostrat. Vit. Sophist. p. 493. = 14. ed. Kaiser., cuius haec sunt verba: *Διαλεχθεὶς δὲ Ἀθήνησιν ἤδη γηράσκων εἰ μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐθαυμάσθη, οὔπω θαῦμα· ὁ δέ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο κ. τ. λ.* Ex quibus verbis Gorgiam perperam coniecerunt iam tum senem fuisse, quum primum legatus Athenas venisset; pertinent enim illa procul dubio ad eam viri aetatem, qua ex Thessalia redux factus audientibus usque sui copiam faciebat, quamvis tum senectutis annos ingressus. Iam vero ubi quaerimus, quando tandem certam perpetuamque rerum suarum sedem Athenis collocaverit, prorsus assentimur A. Boeckhio, qui quum olim in Annal. Litter. Ienenss. a. 1808. Scid. 178., tum postea in Philolao p. 11. Gorgiae per Graeciam peregrinationes usque ad Olymp. 94. pertinuisse arbitratur. Quae sententia mirabiliter cum nostra ratione congruit, quamquam



nos reditum eius in Atticam ad annum tertium vel quartum Olymp. 93. referendum esse putamus. Haec autem si vere ita ponuntur, Plato sane prudentissimo consilio hoc ipso tempore colloquium istud, de quo agitur, habitum finxit; convenit enim hoc plane cum historiae fide, quam a philosopho male neglectam esse temere conquesti sunt. Atque confirmat hanc sententiam planissime etiam illud, quod Gorgias pariter atque Socrates in hoc opere tamquam *γηράσκοντες* in scenam inducti sunt. Nam p. 461. C. Socrates ad Polum: *ὦ κάλλιστε Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα, ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ' εἶ,* coll. p. 463. E. Habuit igitur Socrates, quo tempore colloquium habitum putamus, annos sexaginta quattuor; cui aetati qui minus convenire arbitrati sunt, quod Callicles Cap. LX. eum iubet mente mutata aliquando aliam vivendi viam et rationem ingredi, quam qualem adhuc sequutus sit, siquidem salvus et incolumis vitam degere velit, ii non videntur satis reputavisse hominem novitiae disciplinae plane deditum et praeditum ingenio calidiore omnino acerbius et contentiosius contra Socratem disputare, ut profecto minime repugnet verisimilitudini, quod viro aetate provectiori, praesertim usque in luce publica versanti et acerrimis criminationibus petito, consilium id genus paene protervum suppeditat, cuius tamen vanitas urbane deinceps refellitur. De Gorgiae autem aetate si quaeritur, etiamsi de tempore eius natali parum certo constet, tamen et ipsum verisimile est, quo tempore cum Socrate disputavit, grandem aetatem habuisse, quamobrem ipsi in colloquio cum eo instituto etiam magna impertitur verecundia. Sed de his quidem quia accuratius etiam explicare et longum est et parum fructuosum, pergimus ad illud, quod unum adhuc de chronologicis rebus discutiendum superest. Etenim adiiciendum denique est aliquid etiam de Polo, Gorgiae socio atque discipulo. Facile enim alicui dubitationem iniiciat, quod ille inducitur ut *νέος καὶ ὀξύς*, p. 463. C. coll. 461. C., qualis certe non amplius esse potuit, quo tempore nos sermonem habitum esse volumus, siquidem statim ab initio una cum magistro in Graeciam migraverit. At enim vero hoc ut ita statuamus, nulla plane urget necessitas. Imo videtur ille postea demum Gorgiae disciplinae se dedidisse in eaque perficienda et excolenda

studiosius elaboravisse. Quamobrem eum verisimile est illi sese postea demum in Graecia commoranti socium atque comitem adiunxisse, scilicet illius laudes vel aemulaturum vel participaturum. Quod quando et qua rerum conditione ita factum sit, tacente historia non videtur certius definiri posse. Firmant tamen quodammodo coniecturam nostram quae habet scholiastes ad Plat. Phaedrum p. 267. C., Poli magistrum narrans fuisse Licymnium, de quo v. interpp. ad Phaedr. l. c., quamquam Dionys. Hal. Lys. 7. de Licymnio ut condiscipulo Poli loquitur. Nec vero lectu indigna sunt quae scripsit Philostrat. Vit. Sophist. p. 497. = 16. ed. Kayser.: *Πῶλον δὲ τὸν Ἀκραγαντῖνον Γοργίας ὁ σοφιστὴς ἐξεμελέτησε πολλῶν, ὥς φασι, χρημάτων· καὶ γὰρ ἦν καὶ τῶν πλουτούντων ὁ Πῶλος*, quo loco non temere positum videtur verbum *ἐκμελετᾶν*, quo significatur Polum a Gorgia demum ad artis perfectionem esse perductum, quippe qui sese posteriore vitae aetate in eius disciplinam tradidisset antea alia usus institutione. Haec vero si probabiliter coniectata sunt, sponte consequitur ne Poli quidem ut fervidioris ingenii iuvenis mentionem idemtidem in sermone iniectam quidquam habere, quod eas quas posuimus rationes dialogi chronologicas dubias aut suspectas reddere possit.

Demonstravimus igitur hactenus, ubi dialogum Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. habitum esse putamus, varia temporum indicia hic et illic in eo prodita, dummodo accuratius perpensa fuerint, nihil quidquam afferre molestiae, quippe quum illius temporis memoriae plane conveniant. Quod profecto eiusmodi est, ut illam unam rationem pro vera probandam esse arguat, quum aliae sententiae hac in caussa prolatae maximis premantur difficultatibus. Superest igitur hoc unum, ut etiam ostendendum sit universi operis argumentum huic tempori plane esse conveniens, quum idem aliis temporibus, quibus viri docti dialogum assignaverunt, parum congruere existimandum sit. Quod quidem licet ad eam quam defendimus caussam obtinendam plurimum momenti facere sponte appareat, tamen rem disputatione brevissima absolvere consultum duximus, siquidem non opus est, ut omnia atque singula, quae huc revocari possint, singulari opera persequamur. Videtur autem nobis eorum rationi, qui dialogum ad belli Peloponnesiaci initia vel ad Gorgiae legationem ac finitimum ei tempus rettulerunt, ipsa universi operis summa ideo adversari, quia illa aetate neque Siculae eloquentiae a Gorgia in Atticam per-



latae vitia nec artis civilis sive politicae cum ea coniunctae damna iam ita emerserant, ut eo modo taxari et exagitari potuerint, quo in hoc opere fieri meminimus. Nam artificialis quidem eloquentia quum ab ipso Gorgia principe in Graecorum notitiam adducta sit, quotusquisque est qui sibi persuadeat eam iam illo ipso tempore, quo ille primum Athenas pervenisset, eiusmodi censurae subiici potuisse, qualem in Gorgia experta est? Enimvero id certe patet a Platone non potuisse nisi praepostero iudicio ita institui, qualem quidem iudicii perversitatem summo dialogorum artifici nemo temere crimini dabit. Disciplina vero civilis vel ars politica, quae cum illa consociata fuit et in Gorgia una cum illa examinatur, profecto non alia intelligitur, quam quae doctrina sophistarum labem susceperat: id quod clarissime perspicitur ex iis, quae a Polo imprimisque a Callicle disputantur, quae magnam partem planissime cum iis consentiunt, quae de pestiferis sophisticae disciplinae placitis exposita legimus De Republica Libr. I. p. 338. C. seqq. II. 358. C. seqq. Legg. X. p. 888. E. seqq. Protagor. p. 323. seqq. 329. D. seqq. Theaet. p. 172. D. seqq. Quid vero? nonne inde a belli Peloponnesiaci initiis demum ita factum esse constat, ut opiniones illae latius disseminarentur atque non modo domos et familias, sed etiam omnes reipublicae partes pervaderent, usque dum etiam disciplinam publicam atque civitatis administrationem depravarent et corrumperent? Enimvero tum praeter Gorgiam prodiit etiam Protagoras Abderites, illi fere aequalis, tum Prodicus, tum Hippias, tum Thrasymachus Chalcedonius, tum alii plurimi prodierunt, quorum ut quisque suam quandam artem ac doctrinam professus est, ita Thrasymachus imprimis id egit, ut iustum esse contenderet, quod expediret potentiori, quam sententiam etiam Polum et Calliclem in Gorgia defendere meminimus; tum denique etiam viri civiles exstiterunt, in quibus, quid novitia ista sapientia in republica valeret, luculentius apparuit, ex quorum numero imprimis Alcibiades et Critias memorandi sunt, per quos sanioris philosophiae auctori atque parenti plurimum invidiae atque odii conflatum esse novimus. Enimvero ut paucis dicamus, quod res est, pervenerunt omnino sophisticae artis ac disciplinae fructus tanto magis in lucem publicam, quo longius bellum illud pestiferum est protractum, ita ut eo fere ad exitum vergente evidentissimi atque luculentissimi exstitisse videantur. Atque ex his omnibus nullo negotio, opinor, intelligetur vere nos contendere et asseverare etiam omnem disputationem in Gorgia agitatam in

illum ipsum rerum statum et conditionem planissime quadrare, qualis tum potissimum exstitisset. Quum igitur Plato ipse verbis clarissimis dialogum Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. habitum fingi significaverit, hinc quoque perspicitur, ab hac ratione cur discedendum sit, caussam idoneam plane nullam suppetere.

Verum his expositis praefandi negotio aliquando finem imponere licebit. Nam quae praeterea disputari poterant de disserendi genere sermoni huic proprio deque elocutione in eo usurpata, ea, quoniam nullo fere negotio ipsa eius lectione cognoscentur, peculiari expositione indigere nequaquam videntur.

Atque haec fere satis sunto in universum de opere hoc Platonis praestantissimo. Quae si cui non satisfaciant, is adeat praeterea Schleiermacherum Opp. Platon. in Germ. convers. T. II. Part. I. p. 3 seqq., Astium De vita et scriptis Platonis p. 111 seqq., Socherum De scriptis Platonis p. 237 seqq., alios, qui nuper in his rebus disceptandis versati sunt quosque iam supra data rei opportunitate memoravimus.

---

Superest, ut paucis moneamus de codicibus manuscriptis, quos in verbis philosophi emendandis maxime audiendos putavimus, ac de peculiaribus libri editionibus.

Editiones huius dialogi peculiares hae factae sunt:

Platonis Euthydemus et Gorgias. Recensuit, vertit notasque suas adiecit Martin. Ioseph. Routh, A. M. collegii D. Mariae Magdalen. Oxon. socius. Oxon. e typograph. Clarendon. Prodiit a. 1774. 8. Usus est cod. Paris. 1808. doctasque addidit annotationes, historicas potissimum atque criticas, minime spernendas.

Platonis Gorgias. Graece ad fidem codd. mssp. Augustan. et Meermann. versionisque Ficini recensuit, emendavit, explicavit indicemque verborum Graecorum copiosissimum adiecit Christian. Godofr. Findeisen. Gothae et Amstelod. a. 1796. 8. Editor in varietate lectionis notanda diligentissime versatus est, sed grammaticae subtilitatis adeo fuit expers, ut singulis fere paginis hoc in genere mire erraverit.

Multo minus probanda est editio, quae proximo anno prodiit: *Platons Gorgias oder von der Redekunst, herausgegeb. von Hörstel. Götting. 1797.* 8., quae neque criticam habet utilitatem, neque praeter annotationes ab Routhio



petitas ad interpretationem libri quidquam bonae frugis contulit.

Platonis Dialogi duo, Gorgias et Theaetetus. Emendavit et annot. instruxit L. F. Heindorfius. Accedit Auctarium animadversionum Ph. Buttmanni. Berol. 1805. 8. Editio praestantissima, v. Praefat. ad T. I. Operr. Plat. p. L. Repetita haec editio est curante Buttmanno 1829.

*Ξενοφῶντος Ἀπομνημονεύματα καὶ Πλάτωνος Γοργίας, ἐκδιδόντος καὶ διορθοῦντος Α. Κ.* (h. e. *Κοραῆς*). *Ἐν Παρισίοις*. A. 1825. 8. Est haec pars quinta decima Bibliothecae Graecae a viro praestantissimo editae. Continet scholia Graeca et breves editoris annotationes, maximam partem criticas.

Praeterea Astius edidit Commentarios in Gorgiam longe uberrimos et copiosissimos, Operum Platon. Vol. XI. p. 1—478., in quibus videtur quidquid antea in hunc librum scriptum esset congerere et additis suis annotationibus percensere voluisse. Quamobrem etiam pleraque omnia eorum, quae nos in prima editione exposuimus, in Commentariis istis vel iisdem vel aliis verbis referuntur. Sed quid rei sit, ipsi legentes videant, adhibita tamen prima nostra editione, ne in errorem atque fraudem inducantur, sicubi quid nobis, quid Astio debeatur, iudicandum sit.

*Platons Gorgias. Griechisch und Deutsch, mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. Leipzig, 1857.* 8. min. ap. Engelmann. Tom. XXI. univers. operum Platon.

*Platons Gorgias. Für den Schulgebrauch erklärt von D. Julius Deuschle. Leipzig, 1859.* 8. mai. ap. B. G. Teubner., de qua editione v. H. Bonitz: *Zeitschrift für d. österreich. Gymnasien, 1859.* Fascic. X. p. 786—808.

*Platons Gorgias. Mit Einleitung und Anmerkungen von Eduard Jahn. Wien, 1859.* 8. min. Editio tironibus destinata.

Praeterea de Gorgia Platonis hae scriptiones prodierunt:

Dissertatio literaria de Platonis Gorgia, quam publico et sollemni examini submittit Nicolaus Sybren Sybrandi. Harlem. 1829. 8. — Aug. Ferdin. Dähne De aliquibus Platonis locis. Lipsiae 1829. 4. — A. Salomonis Voegelini Adnotationes in Platonis Gorgiam, quae insertae sunt Actis societatis Graecae Lipsiensis Vol. I. Fasc. II. p. 231—254. — B. Bonitz, *Platonische Studien. Wien, 1858.* 8. mai., ubi de argumento et consilio dialogi p. 3—41. acute disputatur. — R. B. Hir-

schig, Exploratio argumentationum Socraticarum in Gorgia et Philebo Plat. Traiect. ad Rhen. 1859. 8. 28 pagg. — Herm. Schmidt, Difficiliores aliquot loci Gorgiae Platonici explicati. Wittenberg. 1860. 4. 12 pagg., ubi tractantur loci p. 453. C. 455. A. 460. C. 461. B. D. 465. B. C. 466. C. 467. A. 470. A. B. 473. A. D. E. 475. E. — Supplementa critica ab Iul. Deuschle inserta Novis Annal. Philol. et Paedag. Vol. LXXXI. Fasc. VII. p. 436 seqq.

---

## CODICES.

Clarkianus s. Bodleianus 1. a Gaisfordio collatus.
Bodleianus 2. a Routhio inspectus.
Vaticanus 225. s. *Δ*.
Coislinianus *Γ*.
Venetus *Ξ* s. 184.
Venetus *Σ* s. 189.
Vindobonensis *Y*, nobis Vindob. 2.
Vindobonensis *Φ*, nobis Vindob. 6.
Parisini B C E F I V W.
Vaticanus 61. sign. m. ab initio tantum collatus.

Hos quattuordecim codices contulit Im. Bekkerus, quem vide Commentar. Crit. T. I. p. VIII seqq.

Praeterea nos usurpavimus:

Vindobonenses 1. 2. 6. 7., de quibus v. Varr. Lectt. editionis Lipsiensis T. X. p. III seqq. Ex his qui sunt numeris 2. et 6. notati, iidem sunt, quos Bekkerus *Y* et *Φ* signavit.

Florentinos novem a. b. c. d. f. m. o. s. x., de quibus v. ibid. p. VI seq.

Findeisenius adhibuit Augustanum, eundem illum, de quo ad Phaedonem diximus, et Meermannianum.

Itaque viginti novem codices manuscripti ad hunc librum excussi sunt. Praeterea lectiones ex cod. Palatino quodam excerptas dedit Creuzerus Meletem. Fasc. I. p. 100 seq. et e libro Darmstadino ad calcem Plotini De pulchritud. p. 796 seqq., de quibus vid. Commentar. nostros criticos T. XII. l. c.

# GORGIAS.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

## ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΓΟΡΓΙΑΣ, ΠΩΛΟΣ.

Steph.

Cap. I. *ΚΑΛ.* Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ 447
Σώκρατες, οὕτω μεταλαγχάνειν. *ΣΩ.* Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν; *ΚΑΛ.* Καὶ μάλα γε ἀστείας ἑορτῆς· πολλὰ γὰρ καὶ καλὰ Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδείξατο. *ΣΩ.* Τού-

P. 447. *φασὶ χρῆναι*] *φησὶ* Vat. pr. Ven. Σ. Vind. Aug. et cod. Routh., quod ita a citerioris graecitatis scriptoribus usurpatur, ut Lat. inquit. v. Toup. ad Longin. p. 275. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 105. ed. Lips. Boissonad. ad Eunap. p. 418. Dein *οὕτω καὶ μεταλ.* Ven. Σ. Vind. 2. 7. Mox *ἀλλ' ἤ* Vind. 1. 2. 6. Flor. a. b. c. m. Routh. alii. male. v. infra.

Cap. I. p. 447. A. *Πολέμου καὶ μάχης — μεταλαγχάνειν*] H. e. in rerum iniucundarum et periculosarum societatem tam sero venire deceat; iucundis atque gratis in tempore interesse oportet. Recte Olympiodorus ms. Ciz. *φασὶ γάρ, ὅτι, εἰ ἦν πόλεμος, ἔδει σε ὑστερῆσαι, ἵνα μὴ φονευθῇς.* Schol. *ἐλλειπτικῶς εἴρηται τῷ Πλάτωνι· λείπει γὰρ τῇ διανοίᾳ τό· ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἐν λόγοις ἡδονῆς, οἵαν δὴ νῦν παρέσχετο ὁ Γοργίας.* Timaeus Glossar. p. 178. *μεταλαγχάνειν· ἀφυστερεῖν, ἢ ἀποτυγχάνειν κλήρου*: sed hic nihil aliud est nisi participem fieri. — *οὕτω* dictum est *δεικτικῶς*, tam sero, re iam peracta.

*Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον* —] Quod plurimi codd. habent *ἀλλ' ἤ*, id etiam Suidas agnoscit accipitque pro *ἀλλ' ἄρα*. De *ἀλλ' ἦ*, at num revera, et *ἀλλ' ἤ* in libris saepenumero inter se permutatis v. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 932. — *τὸ λεγόμενον*, quod in proverbio dicitur: ut Sympos. p. 217. E. Phaed. p. 66. C. al. Proverbium *κατόπιν ἑορτῆς*, post festum, dici solitum *ἐπὶ τῶν ἐπί τινι καλῷ πράγματι ἀπολιμπανομένων*, quae sunt verba scholiastae et Olympiodori ad h. l. Verba *καὶ ὑστεροῦμεν* Cobetus ad Orat. de arte interpretandi p. 141. ut glossema damnat: iusto severius, opinor, nisi forte etiam Sophocleum illud damnaveris: *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.* Multo minus etiam probandum iudicium Hirschigii est, qui verba *ἀστείας ἑορτῆς* post *καὶ μάλα γε* eiicienda censet, quod tamen exempli caussa hic memorasse satis putamus. Tirones rem ipsi expendant.

*Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδ.*] Gorgias, patria Leontinus, Siculus, circa Olymp. LXX. vel LXXI, 1. natus fuit vixitque ad grandem usque senectutem, quandoquidem aetatem centum et octo annorum attigisse narratur, ut nec incredibile sit, quod Athenaeus Deipn. XI. p. 305. memoriae prodidit, hunc Platonis librum ipsius nomine inscriptum ei innotuisse. v. Quintil. Institut. III, 1, 9. Usus

*των μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος Χαιρεφῶν ὅδε, ἐν*

esse fertur Empedocle Agrigentino vel amico vel magistro: Diog. Laert. VIII, 58. et Suid. s. v. Quint. l. c., id quod quodammodo etiam eo confirmatur, quod apud Platonem Menon. p. 76. C. et Gorg. 493. A. 507. E. ipsius gratia quaedam placita Empedoclea memorantur. Neque nihil huc facit, quod Empedocles ap. Sext. Emp. VII, 6. Diog. Laert. VIII, 57. narratur circa rhetoricam nonnihil *κεκινηκέναι* adeoque illius artis inventor exstitisse. Sed hoc quidem utut est, coniunxit Gorgias primus rhetoricam artificialem cum sophistica eaque re vere admirabilis exstitit, ut nec Plato, quamvis eum deluserit in hoc dialogo, petulanter illum tractaverit, ut sophistas alios, sed verecunde taxaverit, quandoquidem maior impetus irrisionisque pars non in ipsum, sed in Calliclem atque Polum, eius discipulum, cadit. Enimvero artificialem eloquentiam primum constat in Sicilia et natam et excultam esse, quod quibusnam caussis et opportunitatibus ita acciderit, nuper in Prolegomenis ad Phaedrum edit. secund. p. XCIX seqq. exposuimus. Huius vero eloquentiae usum Gorgias primus pertulit in Graeciam ibique nobilitavit, quo tempore una cum Tisia a civibus suis Athenas legatus missus est, ut illis adversus Syracusanos Atheniensium auxilium compararet. Quod quidem teste Diodoro Sic. XII, 12. accidit Olymp. LXXXVIII. a. 2. non ita multo post Periclis mortem, quem Olymp. LXXXVII. a. 4. pestilentia correptum supremum diem obiisse constat. conf. Pausan. VI, 17. Dici autem non potest, quantopere nova et insolita ars Atheniensibus placuerit, qui eos dies, quibus Gorgias illam ostentabat et *ἐπιδείξεις* instituebat, pro festis habuerunt eiusque orationes vocarunt lampadas, de qua admiratione atque studio eorum v. Diod. Sic. l. c. Aristot. Rhet. III, 1, 9. Cicer. Orat. c. 49. De Orat. III, 33. Longin. III, 1, 2. Dionys. Hal. De admir. vi Demosth. c. 4, 6. et Epist. ad Pompei. c. 1. 2. Olympiodor. ad h. l. et Platon. Hipp. mai. p. 282. B. Itaque nec mirum est, hic tantus honos ipsi habitus quod eam vim apud ipsum habuit, ut relicta patria, tum dissensionum plena, reliquam vitae partem in Graecia transigere decerneret, quamquam ipsum consentaneum est, priusquam ibi domicilium figeret, rediisse domum legationis publicae redditurum rationes popularibus suis. Videtur autem non multo post rediisse in Graeciam eamque totam, maxime etiam Thessaliam, variis temporibus ita lustravisse, ut ubique artis suae documenta exhiberet vel etiam iuvenes, qui plurimi ad eum novae artis caussa confluxerunt, accepta fere a singulis, Suida teste, centenarum minarum mercede, dicendi disciplina institueret. De scholis ab eo habitis v. Plat. Hipp. mai. p. 282. B. Isocr. De antidos. §. 155. coll. Philostr. Vit. Sophist. p. 492. Cicer. De Inv. I, 5. Hoc vero modo magnis usque cumulatus honoribus (Cicer. De Orat. III, 32. Pausan. VI, 7. X, 2. Plin. N. H. XXXIII, 4.) vitam egit diuturnam, usque dum tandem ad summam provectus senectutem Athenis, ubi postremo videtur commoratus esse perpetuo, placide animam exspiravit. v. Athenaeus Deipn. XI. p. 505. Censorin. De die nat. c. 4. Quintil. Inst. III, 1. Lucian. Longaev. §. 23. Diog. Laert. VIII, 58. Morem eius dicendi, figurarum maxime et troporum ornamentis



*ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρῖψαι. ΧΑΙ. Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ* B

insignem et conspicuum, multi sunt aemulati, adeoque ipse Plato *γοργιάζειν* a nonnullis iudicatus est. v. Demetr. Phaler. §. 28. et 29. Dionys. Hal. ll. cc. al. Ipse autem dicendi disciplinam tanti fecit, ut se nollet sophistae, sed potius rhetoris nomine insigniri, v. Plat. Gorg. p. 449. A. coll. 451. D., quamquam utramque disciplinam ubique iunxit et commiscuit. Verum satis de Gorgia, quem artis oratoriae novitiae coniunctaeque cum ea artis civilis sive politicae bello Peloponnesiaco tamquam parentem exstitisse ad sermonis Platonici cognominis intelligentiam tenuisse sanequam plurimum refert. Alia de eius ratione ac doctrina philosophiae nullo negotio peti poterunt ab scriptoribus historiae philosophiae. — De Polo, eius discipulo, diximus infra annot. p. 448. A. et Prolegg. Cap. IV. extr. — Callicles quis fuerit, ab ipso Platone edocemur. Fuit enim civis Atheniensis, qui infra p. 495. B. vocatur Acharnensis, homo rei publicae ambitiose curiosus ac novitiae rhetoricae artique civili sophisticae pravitate infectae plane deditus atque democratiae immoderate favens. Quocirca contemta iustitia et honestate caussam agit disciplinae novitiae ideoque omnia tribuit honori, auctoritati, potentiae in republica consequendae, ita ut nec intemperantiae laudes praedicare verecundetur et potentiorem imperare secundum naturam iustum esse contendat: de quibus opinionibus ipsius vid. p. 482. C. — 488. D. et p. 491. C. Itaque ridet etiam philosophorum stultitiam scilicet et simplicitatem, qui virtuti et sapientiae in vita civili aliquid tribuant. Nimirum prorsus imbibit homo turpissima illa decreta, quibus labefacta est vitae publicae pariter atque privatae disciplina, eoque nomine una cum aliis similiter sentientibus egregie sapere sibi visus est.

*Τούτων μέντοι* —] Intell. *τοῦ κατόπιν ἑορτῆς ἥκειν*. Itaque Coraes *τούτου* scribendum suspicatur. Qua mutatione non opus. Solent enim pronomina, etiamsi de una tantum re sermo sit, in numero plurali collocari, si quid minus definite significatur; v. ad Apolog. Socr. p. 19. D. De Rep. VI. p. 504. D. Legg. III, 689. B. VII, 816. E., ubi post *τούτων ἕνεκα αὐτῶν* deinde *τοῦ* cum infinitivo subiunctum legitur, sicuti infra in Gorgia p. 474. E., quem locum nuper critici eiecto *τοῦ* depravarunt. — Chaerephon Atheniensis, Socrati adeo deditus, ut eius more tamquam sacro furore quodam arderet. Plura de eo diximus ad Apolog. Socrat. p. 20. E.

B. *Οὐδὲν πρᾶγμα* —] *Das hat nichts zu sagen, das hat nichts auf sich.* v. Euthyphr. p. 3. C. Legg. VII. p. 794. E. Aristoph. Rann. v. 1226: *ἀλλ' οὐδὲν ἔσται πρᾶγμα*. De proximis recte Olympiodorus: *ὁ Χαιρεφῶν φησιν, ὅτι οὐδὲν γέγονεν· ἐγὼ γὰρ ὁ αἴτιος γενόμενος ἰάσομαι.* Ita enim apparet, quorsum illud *καί* referendum sit. Videlicet hoc dicit Chaerephon: ego, qui huius mali auctor exstiti, quum diutius te in foro detinuerim, etiam resarcire damnum studebo. Pergit interpres ita: *τὸ γὰρ ἐγὼ καὶ ἰάσομαι παροιμία ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Τηλέφου καὶ τοῦ τρώσαντος αὐτὸν Ἀχιλλέως τοῦ καὶ ἰασαμένου, λεχθεῖσα ὅτι ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.* De quibus v. quos laudavit Heindorf., Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. extrem. et Casaubon. ad Sueton. Claud. c. 43. Eadem fere, quae Olympiodorus,

*Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι. φίλος γάρ μοι Γοργίας, ὥςτ' ἐπιδείξεται ἡμῖν, εἰ μὲν δοκεῖ, νῦν, ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐςαῦθις. ΚΑΛ. Τί δαί, ὦ Χαιρεφῶν; ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; ΧΑΙ. Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. ΚΑΛ. Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ' ἆρα ἐθελήσειεν*
C *ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι; βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ,*

B. *ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐςαῦθις*] Bas. 1. 2. *εἰςαῦθις.* Clark. (sic enim in hoc dialogo diximus librum, quem alibi nominavimus Bodleianum, ut discerneretur ab alio cod. Bodleiano, quo usus est olim Routhius) *ἐς αὖθις*, sed idem mox C. et p. 449. B. C. *εἰς αὖθις.* v. Schneider. Praef. ad Polit. I. p. LIII seq.

*Τί δαί, ὦ Χ.*] V. *δέ,* quod mutavi e Clark. corr. et Vind. 1. Mirabundus enim Callicles interrogat. v. ad Euthyphr. p. 4. A. et quae habent Apollon. Gramm. p. 84, 14. Schol. ad Aristoph. Plut. 156. Ammon. in voc. *δαί.* Herm. tamen *δέ* revocavit.

*Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν*] V. vitiose *βούλεσθε.* Par. EF. Flor. f. s. *ὅτε βουλήσεσθε.* Ceteri recte *βούλησθε.* Dein post *παρ' ἐμοὶ* insertum est *γὰρ* ex Clark. Vat. Vind. 1. 2. 6. Par. E. Flor. f. x.

*ἐπιδείξεται ὑμῖν*] V. *ἡμῖν,* quod mutatum e Clark. Vat. Coisl. Par. BCIVW. Vind. 1. 2. Aug. et septem Florentinis.

C. *ἐπίδειξιν εἰςαῦθις*] Ven. ΞΣ. Vind. 2. 7. Par. I. Routh. *ἐςαῦθις.*

*αὐτῷ ἓν τοῦτ'*] V. *αὐτό*, quod libri habent paucissimi neque ii satis boni. Verum praeter alios Clark. tuetur.

annotavit ad hunc locum scholiastes Ruhnkeni. Negat tamen Heindorfius de proverbio cogitandum esse, propterea quod *ἰᾶσθαι, ἀκεῖσθαι* et similia ita frequentari soleant, ut omnino significent damnum resarcire, malum levare vel tollere. Quod num recte fecerit, nunc non definiam. Illud tamen video, non illepide ad proverbium alludi.

*ἐπιδείξεται ἡμῖν*] nunc ponitur sine casu obiecti, ut idem sit quod *ἐπίδειξιν ποιήσεται ἡμῖν.* Apte comparavit Heindorf. Aristoph. Ran. v. 772: *ὅτε δὴ κατῆλθ' Εὐριπίδης, ἐπεδείκνυτο τοῖς λωποδύταις κ. τ. λ.* Addimus Lachet. p. 179. E: *ὃν ὑμεῖς ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον.* De Rep. III. p. 395. A. Prot. p. 328. D. Eiusdem generis est locus Aelian. V. H. IX, 36: *ψάλτης ἐπεδείκνυτο.* Astius ex superioribus repetendum censet *πολλὰ καὶ καλά.* Mox unus cod. Bekker. *ἐπ' αὐτῷ γέ τοι τούτῳ.* Euthydem. p. 274. A: *ἐπ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν.* Theag. p. 122. A: *νῦν οὖν ἥκω ἐπ' αὐτὰ ταῦτα.*

*Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε — οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ —*] Peringeniosa est coniectura Hemsterhusii ad Thom. Mag. s. v. *Εἰ* proposita, probata illa etiam Ruhnkenio ad Tim. p. 281. *οὐκοῦν, ὦ 'τᾶν, βούλεσθε.* Recte tamen illa repudiata Heindorfius pro *βούλεσθε* restituit *βούλησθε,* quod libri plurimi optimique exhibuerunt, quamquam is locum minus recte sic interpretatur: Ergo quando ad me domum ire vultis, ibi Gorgias, is enim apud me diversatur, *ἐπίδειξιν* vobis exhibebit. Imo post *ὅταν βούλησθε ἥκειν* per aposiopesin reticetur apodosis, hoc sensu: Itaque (quum res ita se habeat et Socrates Gorgiae audiendi cupidus sit) quando ad me domum venire velitis, venite; apud me enim Gorgias devertit (moratur hospes) et artem suam ostentabit. Sic locum intellexit etiam Olympiodorus, qui verba sic interpretatur: *ὁ Καλλικλῆς φησιν ὅτι, ὅταν θέλητε, ἔλθετε εἰς τὸν οἶκον, καὶ ποιῶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι.*

C. *τίς ἡ δύναμις τῆς τ.*] Latine dixeris: in quo vis et natura artis cernatur, quam profitetur. Legg. I. p. 643. A: *πρῶτον δὴ — ὁρισώμεθα παιδείαν, τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνα δύναμιν ἔχει.* Tim. p. 28. A. Phaedr. p. 246. A. al. Intelligit autem artem rhetoricam, quam Gorgias tractabat.

*Οὐδὲν οἷον — ἐρωτᾶν*] Optimum est ipsum interrogare. P. 481. B: *οὐδὲν μέντοι οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν.* Aristoph. Lysistr. v. 135: *οὐδὲν γὰρ οἷον.* Avv. v. 966: *ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τοῦ νόμου.* Demosth. adv. Mid. p. 529: *οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου.* Formulam non intelligens Cornarius temere coniecit *οὐδὲν δεινόν.* Deinde recte codd. meliores *καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως.* Nam genitivus *ἐπιδείξεως* pendet ab *ἕν.* Recte Olympiodorus verborum sententiam declaravit sic: *καὶ γὰρ τοῦτο ἕν ἐστι τῆς ἐπιδείξεως αὐτοῦ.* De dativi usu nota sunt in vulgus omnia. Heindorfius vulg. lectionem *καὶ γὰρ αὐτὸ ἓν τοῦτ' ἦν τ. ἐπ.* defendit sic, ut *αὐτὸ τοῦτο* interpretetur id ipsum, quod dixi, sc. *τὸ ἐρωτᾶν αὐτόν.* Sed ita non potuit *ἕν* inter *αὐτό* atque *τοῦτο* interponi. De Gorgia ad unamquamque quaestionem se responsurum profiteri solito v. Men. p. 70. C. Cicer. De Fin. II, 1. De Invent. I, 5. Orat. I, 22. III, 32. Quintil. II, 21. §. 21: Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putavit esse dicendum, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet.

D. *Ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν — ἀπεκρίνατο ἄν*] De aoristi et imperfecti coniunctione v. ad Euthyphron. p. 12. D. Sympos. p. 199. D. Menon. p. 72. B. De *ἄν* post *ὥςπερ ἄν* repetito v. ad Apolog. Socrat. p. 17. D.



*τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρός, καὶ τί ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν εἰςαῦθις, ὥςπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω. ΚΑΛ. Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως· ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅ τι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. ΣΩ. Ἦ καλῶς λέγεις. Ὦ Χαιρεφῶν,*
*ἐροῦ αὐτόν. ΧΑΙ. Τί ἔρωμαι; ΣΩ. Ὅςτις ἐστί. ΧΑΙ.* D
*Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημά-*

*των δημιουργός, ἀπεκρίνατο ἂν δήπου σοι, ὅτι σκυτοτόμος. ἢ οὐ μανθάνεις, ὡς λέγω;*

Cap. II. *ΧΑΙ. Μανθάνω καὶ ἐρήσομαι. — Εἰπέ
μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγ-
γέλλει ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ; ΓΟΡ. Ἀληθῆ,*
448 *ὦ Χαιρεφῶν· καὶ γὰρ νῦν δὴ αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην,
καὶ λέγω, ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολ-
λῶν ἐτῶν. ΧΑΙ. Ἦ που ἄρα ῥᾳδίως ἀποκρινεῖ, ὦ Γορ-
γία. ΓΟΡ. Πάρεστι τούτου πεῖραν, ὦ Χαιρεφῶν, λαμ-
βάνειν. ΠΩΛ. Νὴ Δία· ἂν δέ γε βούλῃ, ὦ Χαιρεφῶν,*

D. *μανθάνεις, ὡς λέγω*] Vett. editt. cum Par. E F. *ὃ λέγω*. Illud iam Bas. 2. exhibet.

*ἐπαγγέλλει*] V. *ἐπαγγέλλῃ*. Alteram formam hic et ubique Clark. praebuit, aliis libris hic et illic assentientibus. De quo semel monuisse satis erit. Pro *ἀποκρίνεσθαι* unus Par. I. *ἀποκρινεῖσθαι*. Praesens omnium reliquorum auctoritate firmatum qua lege usurpetur, ad Criton. p. 52. C. D. significavimus. Temere nuper futurum adaptaverunt.

Cap. II. *Μανθάνω καὶ ἐρήσομαι. —*] Putandi sunt nunc Calliclis aedes ingressi esse, ubi colloquium cum Gorgia et Polo instituitur.

P. 448. *ὅτι οὐδείς μέ πω*] Schol.: *τὸ οὐδείς πω ἀντὶ τοῦ οὐ πώποτε. καὶ Θουκυδίδης· οὐδείς πω.* v. Thucyd. I, 32. 37. 76. al. Videlicet utrumque recte dicitur, et *οὐδείς πω* et *οὐδεὶς πώποτε*, sed non sine aliqua sententiae diversitate. Gravius est enim hoc quam alterum *οὐδείς πω*. Prorsus eodem sensus discrimine nos dicimus *keiner noch hat dieses gesehen* et *keiner noch hat dieses jemals gesehen* pariterque Latini nondum quisquam et nondum quisquam unquam ita dicunt, ut alteram formulam in gravioribus sententiis usurpare soleant. Deinde *πολλῶν ἐτῶν* est multorum annorum spatio. Cf. p. 516. D. v. Matth. Gr. Gr. §. 377. 2. b. c. — *Ἦ που ἄρα*, *gewiss wohl also wirst du mit Leichtigkeit antworten.* Nam *ἦ που* est i. q. *ὄντως που*, ut interpretantur vett. grammatici: *wahrlich wohl.* Non vacare haec leni irrisione quilibet sentiet.

*ΠΩΛ. Νὴ Δία· —*] De Polo Routhius ad h. l.: „Polus, rhetor Agrigentinus, Gorgiae auditor fuit, qui ob institutionem praemio amplo, ut refert Philostratus, donatus est, quippe quum Polus fuerit ditissimus. v. Philostr. Vitt. Sophist. L. I. p. 500. Meminit eius cum aliis inclytis sophistis in Theage quoque Plato p. 128. A. et in Phaedro p. 267. C. Nonnulla scripsit, de quibus Suidam consulas. Hunc autem tamquam in affectata oratione sibi placentem risit noster pluribus locis, ut p. 448. C. 462. B. Phaedr. p. 267. C. Polum adhuc iuvenem, ut et socium eius Calliclem, partes tam insignes in dialogo sustinere facit Plato, ut Gorgiam minus aperte lacessere videatur, dum per istorum latera, ut ita loquar, primarium illum magnique nominis sophistam ob eloquentiam fucatam falsasque opiniones clam et occulto petit." Plura qui de eo scire aveant, ii adeant Geelium Hist. Sophist. p. 164 seqq. Groen van Prinsterer. Prosopogr. Plat. p. 102 seqq. et Io. Meurs. Comment. in Apollon. Dyscol. p. 82. — Apud Platonem arrogans est, ut ipso magistro sibi videatur melius posse eloquentiae caussam defendere, in quo immemor iustitiae atque honestatis omnia tribuit potentiae, ut adeo non erubescat dicere malle se *ἀδικεῖν* quam *ἀδικεῖσθαι* et tyranni quamvis iniusti vitam esse beatissimam; v. p. 469. B. seqq. 471. Nimirum est adolescens novitiae disciplinae civili deditus et perniciosis aequalium opinionibus infectus.



*ἐμοῦ. Γοργίας μὲν γὰρ καὶ ἀπειρηκέναι μοι δοκεῖ· πολλὰ
γὰρ ἄρτι διελήλυθε. ΧΑΙ. Τί δαί, ὦ Πῶλε; οἴει σὺ
κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι; ΠΩΛ. Τί δὲ τοῦτο,
ἐὰν σοί γε ἱκανῶς; ΧΑΙ. Οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ βούλει,* B
*ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἐρώτα. ΧΑΙ. Ερωτῶ δή. εἰ ἐτύγ-
χανε Γοργίας ἐπιστήμων ὢν τῆς τέχνης ἧςπερ ὁ ἀδελφὸς
αὐτοῦ Ἡρόδικος, τίνα ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως;
οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΧΑΙ. Ἰατρὸν ἄρα
φάσκοντες αὐτὸν εἶναι καλῶς ἂν ἐλέγομεν. ΠΩΛ. Ναί.
ΧΑΙ. Εἰ δέ γε ἧςπερ Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος ἢ ὁ*

P. 448. *καὶ γὰρ νῦν δὴ αὐτὰ τ.*] V. *δὴ νῦν* invitis codd. plerisque omnibus. Error longe creberrimus.

*ῥᾳδίως ἀποκρινεῖ*] Sic Clark. Vat. *ἀποκρινῇ*. Vett. editt. *ἀποκρίνῃ*. Mox *Τί δαί* Clark. em. cum aliis nonnullis pro *Τί δέ*.

B. *τίνα ἂν αὐτὸν*] Buttmannus coni. *τί ἂν αὐτόν*. Mox Clark. *ἆρα* pro *ἄρα*.

*Τί δὲ τοῦτο —*] Ad *τί δὲ τοῦτο* intell. *διαφέρει*. cf. p. 497. E. Charmid. p. 164. A. ibique Heindorf. — *ἐὰν σοί γε ἱκανῶς*. Menon. p. 75. B: *ἱκανῶς σοι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς;* Phaedon. p. 71. D: *ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ;* Plene De Rep. IV. p. 435. D: *ἐμοὶ — ἱκανῶς ἂν ἔχοι.*

B. *ἧςπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρ.*] Schol. *οὗτος οὐχ ὁ Σηλυμβριανός ἐστιν Ἡρόδικος, ἀλλ' ὁ Λεοντῖνος, Γοργίου ἀδελφός.* Utrumque confundit Routhius ad h. l. et Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 50. cf. Groen van Prinsterer. Prosopograph. Platon. p. 193. et Heindorf. ad Phaedr. §. 2. Deinde codd. omnes cum vett. editt. *τίνα ἂν αὐτὸν ὤν*. Sed quum addatur: *οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον;* Buttmannus Auctar. p. 507. *τί ἂν* legendum esse coniecit. Confirmat hanc suspicionem Olymp. Ms. Ciz., ubi liquido *τί ἂν* scriptum exstat, et probarunt Heindorf. ad Cratyl. p. 134. Matth. Gr. Gr. T. II. p. 769. ed. II. Dubito tamen, an nulla opus sit mutatione. Quidni enim recte dictum sit *τίνα*, etiamsi *ὅπερ* subsequitur? Etenim *ὅπερ* idem est quod *τίνος ὄνομα*. De formula *καλεῖν* s. *ὀνομάζειν τινά τι*, aliquem nomine aliquo appellare, v. ad Phaedon. p. 105. E. Sympos. p. 212. C. Phaedr. p. 238. A. Sensus igitur hic est: quemnam ipsum

ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔμπειρος ἦν τέχνης, τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς
C ἐκαλοῦμεν; ΠΩΛ. Δῆλον, ὅτι ζωγράφον. ΧΑΙ. Νῦν
δ' ἐπειδὴ τίνος τέχνης ἐπιστήμων ἐστί, τίνα ἂν καλοῦντες
αὐτὸν ὀρθῶς καλοῖμεν; ΠΩΛ. Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ
τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως
εὑρημέναι ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πο-
ρεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἑκάστων
δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν δὲ
ἀρίστων οἱ ἄριστοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐστὶν ὅδε, καὶ με-
τέχει τῆς καλλίστης τῶν τεχνῶν.

Cap. III. ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Γοργία, φαίνεται Πῶ-
D λος παρεσκευάσθαι εἰς λόγους· ἀλλὰ γὰρ ὃ ὑπέσχετο

C. *ἐπειδὴ τίνος τέχνης*] V. *τινὸς τ.*, quod correxit Heindorf. Libri mss. *ἐπειδή τινος*, quod etiam Clark. servat.

D. *Τὸ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι*] Sic Clark. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Par. BCIVW. Vind. 1. 2. 6. 7. novem Florentini, Bodl. Aug. Meerm. Vett. editt. post *Τὸ* inserunt *δή*.

περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ [τὸ] περιττὸν] Recte quattuor codd. alterum τὸ omittunt. Nam particula τὲ ubi nomini adiungitur neque inter articulum et nomen locum occupat suum, plerumque ea quae copulantur nomina quasi communem notionem efficiunt uni generi subiectam: unde fit, ut tum ante alterum nomen articulus supprimatur, quia repetitio articuli distinctionem utriusque vocabuli efficeret. Mox p. 454. E: περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων. 455. A. De Rep. p. 381. B: ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον. Ibid. p. 387. B: πάντα τὰ δεινά τε καὶ φοβερά. Ibid. p. 499. A: τὰ δὲ κομψά τε καὶ ἐραστικά. Ibid. p. 399. C: ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσιν. Ibid. p. 378. E: μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ οἰκετῶν. Ibid. 464. A: ἡ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων κοινωνία. Polit. p. 271. C: τὸ τῶν



ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐάν τις ἐρωτᾷ ἡμᾶς ποίας πειθοῦς καὶ περὶ τί, ἀποκρινούμεθά που αὐτῷ, ὅτι τῆς διδασκαλικῆς τῆς περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ [τὸ] περιττὸν ὅσον ἐστί. καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν 454
τέχνας ἁπάσας ἕξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας καὶ ἧςτινος καὶ περὶ ὅ τι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ῥητορικὴ μόνη πειθοῦς ἐστι δημιουργός. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις.

Cap. IX. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνη ἀπεργά-

τὰ τοῦ ἀριθμοῦ] ἀριθμητικοῦ Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. V. Aug. Meerm. Bodl. Dein καὶ om. Vat. Δ.

τὸ ἄρτιόν τε καὶ [τὸ] περιττὸν] τὸ om. Vind. 2. 6. Par. I. Flor. b. conf. infra p. 460. E. ann. crit. et explicat. Inclusit τὸ etiam Hirschig.

*ζεται τοῦτο τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, δικαίως, ὥςπερ*
*περὶ τοῦ ζωγράφου, μετὰ τοῦτο ἐπανεροίμεθ' ἂν τὸν*
*λέγοντα, ποίας δὴ πειθοῦς καὶ τῆς περὶ τί πειθοῦς ἡ*
B *ῥητορική ἐστι τέχνη; ἢ οὐ δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι ἐπα-*
*νερέσθαι; ΓΟΡ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀπόκριναι δή, ὦ Γοργία,*
*ἐπειδή γε καὶ σοὶ δοκεῖ οὕτω. ΓΟΡ. Ταύτης τοίνυν*
*τῆς πειθοῦς λέγω, ὦ Σώκρατες, τῆς ἐν τοῖς δικαστη-*
*ρίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, ὥςπερ καὶ ἄρτι ἔλεγον,*
*καὶ περὶ τούτων, ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα. ΣΩ. Καὶ*
*ἐγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ καὶ*
*περὶ τούτων, ὦ Γοργία· ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς, ἐὰν*
C *ὀλίγον ὕστερον τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ μὲν*

P. 454. B. *ἐπειδή γε καὶ σοὶ δ.*] *γε* om. editt. vett. adversantibus codd. mss. omnibus praeter Par. E. Flor. d. f. o. In Vind. 2. 6. est *ἐπειδή γε σοί,* omisso *καί.*

*Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς*] Pro *τοίνυν* Vat. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Par. V. Bodl. Aug. Meerm. Flor. a. b. c. d. m. o. x. *δὴ* scriptum habent. Dein artic. *τοῖς* ante *δικαστηρίοις* om. Aug. Meerm. et Routhii Bodl. Deest ille sane etiam p. 454. E. 455. A.,

*ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς.* Discriminatis notionibus De Rep. 389. C: *περὶ τῆς νεώς τε καὶ τῶν ναυτῶν.* Alio modo, articulo loco priore omisso, mox p. 454. E: *ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις,* et p. 455. A: *δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων.*

Cap. IX. P. 454. *ἐπανερ. ἂν τὸν λέγοντα*] Intell. *τοῦτ' εἶναι τὸ ἔργον αὐτῆς.*

B. *ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς — ὅπερ γὰρ λέγω*] Haec verba quomodo explicanda sint, ambigunt interpretes. Nam Findeisenius ante *ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς* intelligendum putat *ὅρα.* Quod fieri nullo modo potest propterea, quod ita *ἀλλ' ὅπως μὴ θαυμάζῃς* dicendum erat. Itaque Heindorfius commate post haec, *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ,* in locum *τελείας στιγμῆς* substituto verba ita accipienda arbitratur, ac si ista, *ὅπερ γὰρ λέγω — τὸν λόγον ἐρωτῶ,* apodosin efficiant, totumque locum interpretatur hoc modo: sed ut ne mirere etc., scito me interrogare. Sed haec interpretatio magnopere vereor ne linguae legibus adversetur. Nam primum quis hoc modo ferat *γὰρ* particulam, quae certe omittenda erat? Deinde quis est quin haec: *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ,* cum praecedentibus, *ὃ δοκεῖ μὲν δῆλον εἶναι,* tam arcte cohaerere videat, ut inde ab *ἐγὼ δ' ἐπ.* apodosis ordiri neutiquam possit? Sed salva res est. Nam Socrates, liberiore usus orationis conformatione, inchoatam deserit verborum constructionem, protasi non subiiciens apodosin, sed ea, quae in hac enuntianda erant, alio structurae genere exponens. Prorsus ad eundem modum Germanice in sermone con-



*δῆλον εἶναι, ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ· ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ*
*ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα,*
*ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα ὑπονοοῦντες προαρπάζειν ἀλλή-*
*λων τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθε-*
*σιν ὅπως ἂν βούλῃ περαίνῃς. ΓΟΡ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι*
*δοκεῖς ποιεῖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἐπι-*
*σκεψώμεθα. καλεῖς τι μεμαθηκέναι; ΓΟΡ. Καλῶ.*
*ΣΩ. Τί δέ; πεπιστευκέναι; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ.*
*Πότερον οὖν ταὐτὸν δοκεῖ σοι εἶναι μεμαθηκέναι καὶ* D
*πεπιστευκέναι, καὶ μάθησις καὶ πίστις, ἢ ἄλλο τι; ΓΟΡ.*
*Οἴομαι μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἄλλο. ΣΩ. Καλῶς*
*γὰρ οἴει· γνώσει δὲ ἐνθένδε. εἰ γάρ τίς σε ἔροιτο, Ἆρ'*

nec tamen ideo abiiciendus est, praesertim quum eum codd. longe plurimi et praestantissimi quique libri tueantur.

*ἵνα μὴ θαυμάζῃς*] *θαυμάζοις* Clark. Coisl. Par. BCI. et alii pauci. male. Vitium ortum ex itacismo. Dein vett. editt. *ἐὰν καὶ ὀλίγον.* Sed *καὶ* unus Par. I. tueri videtur, ceteri illud ignorant, ut miremur exstitisse nuper qui denuo revocarent.

D. *Οἴομαι μὲν ἔγωγε*] *Οἶμαι* Par. I.

citatiore dicas: *Damit du dich aber nicht etwa wunderst, wenn ich dich auch bald nachher wieder um so etwas frage, was deutlich zu sein scheint, und ich frage doch noch danach—. Denn, wie gesagt, ich frage dergleichen, um der Ordnung nach die Rede zu Ende zu bringen, nicht deinetwegen* etc. Vides postrema haec continere utique apodosis sententiam, sed a forma et structura eius aliquantum discrepare. Cf. Matth. Gr. mai. p. 1257. Habet autem haec oratio ubertatem quandam a familiari sermone minime alienam. Poterat enim simpliciter dici hoc modo: *ἐὰν — τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ δῆλον εἶναι,* neque opus erat hoc additamento, *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ.* Eadem abundantia verborum in iis cernitur, quae proxime sequuntur, quibuscum compares illa, quae notavimus ad p. 452. E., si forte offendas in eo, quod post *τοῦ ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον* rursus infertur *ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα κ. τ. λ. — ὑπονοοῦντες προαρπάζειν.* Recte Heindorfius: *ὑπονοῶν προαρπάζει τὰ λεγόμενα τοῦ ἑτέρου* qui, quae ab altero dicuntur, ex mera coniectura et suspicione interpretans non exspectat, dum alter accurate riteque sententiam suam explicaverit. Post *ἀλλὰ* e superioribus solum *ἵνα* repetas.

C. *Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἐπισκεψώμ.*] Schol. *Ἄρχεται ἐντεῦθεν τὴν πειθὼ διαιρεῖν εἴς τε τὴν πιστευτικὴν καὶ εἰς τὴν διδασκαλικήν. ἔστι δὲ προσθεῖναι καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, οἷον Τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἴσα.*

ἔστι τις, ὦ Γοργία, πίστις ψευδὴς καὶ ἀληθής; φαίης ἄν, ὡς ἐγὼ οἶμαι. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Τί δέ; ἐπιστήμη ἐστὶ ψευδὴς καὶ ἀληθής; ΓΟΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Δῆλον γὰρ αὖ, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστιν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οἵ τέ γε μεμαθηκότες πεπεισμένοι εἰσὶ
E καὶ οἱ πεπιστευκότες. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Βούλει οὖν δύο εἴδη θῶμεν πειθοῦς, τὸ μὲν πίστιν παρεχόμενον ἄνευ τοῦ εἰδέναι, τὸ δ' ἐπιστήμην; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ποτέραν οὖν ἡ ῥητορικὴ πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι, ἢ ἐξ ἧς

*Τί δέ; ἐπιστήμη* —] *δαί* Clark. ex em., Par. I., quod dedit Bekker. Coisl. *ψευδής τε καὶ ἀλ.* Dein pro *Οὐδαμῶς* vulgo erat *Οὐ δῆτα,* quod unus Par. E. servavit, ceteri non agnoscunt. Pro vulg. *Δῆλον γὰρ οὖν* restitui *Δῆλον γὰρ αὖ* ex Clark. Vat. Δ. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind.1.6. Par. BCFIVW. Aug. Meerm. Bodl. Flor. a. c. d. m. o. x. et edit. Bas. 2.

*οἵ τέ γε μεμαθ.*] *γε* additum e Clark. Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCFVW. Bodl. Aug. Meerm. Flor. a. b. c. d. m. o. x.

E. *ἐξ ἧς τὸ πιστ.*] Clark. hic et mox *ἐξῆς,* quod ubique emendavit manus recentior.

E. *Ἡ ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε* —] Quintil. Instit. II, 15: Gorgias apud Platonem persuadendi se artificem in iudiciis et aliis coetibus esse ait; de iustis quoque et iniustis tractare: cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facultatem. Routhius ad h. l.: „Gorgias hoc dialogo veluti coactus a Socrate statuit rhetoricam vim esse dicendo persuadendi. Ita Quintil. II, 15., ubi maxime illustres philosophorum definitiones enumerantur, id quod fecit Sext. Empir. L. II. adv. Mathem., Platonis nostri praecipue hac de re sententiam exponens. Hanc autem opinionem Plato non sibi, si Quintilianum audias, sed Gorgiae adscribi voluit. — Ab Aristotele quidem Rhetor. I, 1, 14. dicitur *τὸ πεῖσαι οὐκ ἔργον ῥητορικῆς εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον.* Quod adversus Platonem apud Gorgiam dirigi notat Muretus Varr. Lect. XI. 18." Coraes pro *πιστευτικῆς* legendum suspicatur *πειστικῆς.* Male. Nam intelligitur persuasio, *ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι,* eique opponitur *διδασκαλική,* ex qua oritur *τὸ εἰδέναι.* Vulgatam lectionem etiam Aristides sequitur Orat. Platon. I. p. 47., ubi discriminis hic a Platone inter *πειθὼ πιστευτικὴν* et *διδασκαλικὴν* facti mentionem iniicit.

P. 455. *ἀλλὰ πιστικὸς μόνον*] Quod in aliquot codd. scriptum exstat *πειστικός,* id quamquam Stephanus, Heindorfius, Coraes, Hermannus, alii probarunt, tamen ab hoc loco alienum iudicamus. Nam rhetor propterea vocatur *πιστικός,* quod *τὸ πιστεύειν* s. *πίστιν ἄνευ τοῦ εἰδέναι* efficit



τὸ εἰδέναι; ΓΟΡ. Δῆλον δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν. ΣΩ. Η ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς, ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς περὶ 455
τὸ δίκαιόν τε καὶ ἄδικον. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων δικαίων τε πέρι καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον. οὐ γὰρ δήπου ὄχλον γ' ἂν δύναιτο τοσοῦτον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διδάξαι οὕτω μεγάλα πράγματα. ΓΟΡ. Οὐ δῆτα.

Cap. X. ΣΩ. Φέρε δή, ἴδωμεν, τί ποτε καὶ λέγομεν περὶ τῆς ῥητορικῆς· ἐγὼ μὲν γάρ τοι οὐδ' αὐτός B
πω δύναμαι κατανοῆσαι, ὅ τι λέγω. ὅταν περὶ ἰατρῶν

P. 455. *δικαίων τε πέρι καὶ ἀδ.*] Vat. *δικαίων τε καὶ περὶ ἀδ.*

*ἀλλὰ πιστικὸς μόνον*] *πειστικὸς* Coisl. Par. BCFVW. Flor. a. c. d. m. o. Vides igitur praestantissimos codd., etiam Clark., pro vulg. *πιστικὸς* pugnare, ut miremur Herm. et alios invita argumentationis ratione scripsisse *πειστικός.* In Par. I. *πιστικὸς* omissum est. conf. p. 493. A.

*τί ποτε καὶ λέγομεν*] *λέγωμεν* Ven. ΞΣ. Vind. 7., ut Findeisen. suadente Stephano scripsit; sed v. ann.

atque audientium animos eo studet perducere, ut ipsi vel sine scientia habeant fidem; *πειστικὸς* propter disputationis tenorem ideo dici nunc non potuit, quia id etiam eam persuasionem designaret, quae ad *πίστιν ἀληθῆ* efficiendam valeat: quod secus habet Politic. p. 304. D. Legg. IV. p. 723. al. De forma vocabuli non est quod dubites. Nam sicuti cum *τέχνη τεχνικός,* cum *πόλεμος πολεμικός,* cum *μάντις μαντικός* cognatum est, ita *πιστικός* cum *πίστις, πιστός* et *πιστεύειν* cohaeret tamquam radicibus suis. Salse vero oratorem nunc non *πιστευτικόν,* sed *πιστικὸν* appellat, quo vocabulo gravius quid rei sit significatur: intelligit quippe merae *πίστεως* scientia destitutae artificem. v. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 10. et Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 140. Usus vocabuli hic argumentationi accommodatus est. Usum vocularum *οὐ γὰρ δήπου — γε* ad Apolog. Socrat. p. 20. C. tetigimus.

Cap. X. *τί ποτε καὶ λέγομεν*] Sophist. p. 232. B: *περὶ τίνος ἄρα καὶ φασίν;* De Rep. IV. p. 434. D. Lachet. p. 182. E: *τί καὶ δέος ἂν αὐτὸ μανθάνειν;* Alcibiad. I. p. 166. C: *ἔστω, εἰ βούλει, οὕτως, ἵνα δὴ καὶ εἰδῶ ὅ τι καὶ ἐρεῖς.* Euthyphr. p. 6. B: *τί γὰρ καὶ φήσομεν;* Legg. III. 698. C: *λέγ' ὅ τι καὶ φῇς.* Lucian. Nigrin. p. 40. §. 2: *οὔπω μανθάνω ὅ τι καὶ λέγεις.* Ibid. §. 3: *ἠρώτα ὅ τι καὶ πράττοιμι.* Explanavit hunc usum voculae *καί* Hermannus ad Viger. p. 837. Stephanum *λέγωμεν* corrigentem refutavit Heindorf. ad Hipp. §. 36. Videlicet sensus hic est: quid tandem sit, quod dicimus. Coniunctivus significaret: quid tandem dicamus.

B. *ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱ-*

αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος, ἢ περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλο τι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸς οὐ συμβουλεύσει; δῆλον γάρ, ὅτι ἐν ἑκάστῃ αἱρέσει τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖσθαι· οὐδ᾽ ὅταν τειχῶν περὶ οἰκοδομήσεως ἢ λιμένων κατασκευῆς ἢ νεωρίων, ἀλλ᾽ οἱ ἀρχιτέκτονες· οὐδ᾽ αὖ ὅταν στρατηγῶν αἱρέσεως
C πέρι ἢ τάξεώς τινος πρὸς πολεμίους ἢ χωρίων καταλήψεως συμβουλὴ ᾖ, ἀλλ᾽ οἱ στρατηγικοὶ τότε συμβουλεύσουσιν, οἱ ῥητορικοὶ δὲ οὔ. ἢ πῶς λέγεις, ὦ Γοργία, τὰ τοιαῦτα; ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φῂς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικούς, εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι. καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. ἴσως γὰρ καὶ τυγχάνει τις τῶν ἔνδον

B. *ἄλλο τι ἢ τότε ὁ ῥητ.*] ἢ om. Flor. f. s. Par. FW. et pr. m. Coisl. Par. B. Abiecit more suo Bekkerus. v. ad Euthyphron. p. 104. ed. Lips. Clark. *ἀλλ᾽ ὅτι.*

C. *σε ἀνερέσθαι*] Sic Aug. Bodl. Meerm. Ven. Ξ. pro vulgata *ἀνέρεσθαι,* quam scripturam ubique repudiavimus. Est enim verbum *αὐθυπότακτον.*

*ρέσεως* —] „Medicos olim publice fuisse conductos notat Casaubon. ad Strabon. IV. p. 181." ROUTH. Conf. insignem locum Politic. p. 259. A. Legg. IV. p. 720. A. seqq. De Rep. IV. p. 720. A. et Boeckh. Oecon. Att. T. I. p. 132. = 169. ed. 2.

C. *καὶ τὸ σὸν σπεύδειν*] me existimato nunc etiam tuis commodis studere. Sophocl. Electr. v. 251: *καὶ τὸ σὸν σπεύδειν ἅμα καὶ τοὐμὸν αὐτῆς.* Similes dictiones, veluti *τὸ σὸν προτιμᾶν, τὸ σὸν σκοπεῖν, τὸ σὸν ὁρᾶν,* illustravit Valcken. ad Eur. Hippolyt. v. 48. — *τινὰς σχεδὸν καὶ συχνούς.* v. ad Phaedon. p. 58. D.

D. *σαφῶς ἀποκαλύψαι*] Hanc ipsam Gorgiae dictionem leniter tangit Socrates infra p. 460. A.

*καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων*] Interest aliquid, utrum scribatur *καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων,* an *καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων.* Hoc enim est simpliciter *die Mauern der Athenäer,* illud per appositionem dictum est sic, ut navalia et muri Atheniensium aut discernantur ab similibus operibus aliarum urbium aut cum gravitate quadam Atheniensium esse dicantur: *die Mauern, nämlich die der Athenäer.* Posterius vel ob meliorum codicum auctoritatem probandum. Praeterea meminisse iuvabit dicere haec Gorgiam Leontinum. Quod si secum perpendisset Cobetus, certe in Varr. Lectt. p. 140. non imperiosius erat pronuntiaturus quod ibi scripsit, verba *τὰ Ἀθηναίων* delenda esse. De re ipsa apponimus quae exposuit ad h. l. Routhius. „Atheniensibus", inquit, „post bellum Persicum ut urbem atque Piraeum muris cingerent, auctor fuit Themistocles, qui et navalia ad Piraeum transtulit, quum Phalereo portu antea Athenienses usi essent. V. Plutarch. et Nepot. Vitt. Themistoclis atque Iustin. II, 10. Et celebres sunt illi muri, a Socrate statim post nominati, qui *τὸ μακρὸν τεῖχος* seu *μακρὰ τείχη* et *σκέλη* appellabantur, utrinque iungentes Piraeo urbem. Eorum alter *τὸ βόρειον* vocabatur, alter autem *τὸ νότιον.* Fundamenta iecisse perhibetur Cimon, uti ostendit e Plutarchi Cimone Meursius de Piraeo c. 2., opus vero perfecisse Pericles opera Callicratis architecti. *Τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος,* inquit Plutarchus in Pericle p. 160. A., *περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰςηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης.*"



ὄντων μαθητής σου βουλόμενος γενέσθαι, ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσθάνομαι, οἳ ἴσως αἰσχύνοιντ᾽ ἄν
σε ἀνερέσθαι. ὑπ᾽ ἐμοῦ οὖν ἀνερωτώμενος νόμισον καὶ D
ὑπ᾽ ἐκείνων ἀνερωτᾶσθαι, Τί ἡμῖν, ὦ Γοργία, ἔσται, ἐάν σοι συνῶμεν; περὶ τίνων τῇ πόλει συμβουλεύειν οἷοί τε ἐσόμεθα; πότερον περὶ δικαίου μόνον καὶ ἀδίκου, ἢ καὶ περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε; πειρῶ οὖν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλ᾽ ἐγώ σοι πειράσομαι, ὦ Σώκρατες, σαφῶς ἀποκαλύψαι τὴν τῆς ῥητορικῆς δύναμιν ἅπασαν· αὐτὸς γὰρ καλῶς ὑφηγήσω. οἶσθα γὰρ
δήπου, ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων E
καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ᾽ ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ᾽ οὐκ

E. *καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων*] Sic Clark. Vat. Δ. Coisl. Par. BCVW. Flor. a. b. o. x. Vulgo *καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων.* Ed. Bas. 2. *καὶ τὰ τείχη τὰ τῶν Ἀθ.* Flor. c. *καὶ τὰ τείχη Ἀθηναίων.*

E. *ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν*] Breviloquentia haec viros doctos male habuit. Ita Buttmannus et Heindorfius legendum coniecerunt *ἐκ τῆς δημιουργῶν.* Schaeferus ad Apollon. Rhod. II. Tom. p. 141. *ἐκ τῆς τῶν δημιουργῶν* corrigit, quod receperunt etiam Coraes et Hirschig. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 360. „Librarii", inquit, „ubi duo articuli deinceps ponuntur, alterum saepius omittunt." Codices tamen manuscripti vulgatam lectionem tuentur omnes. Nec vero quidquam mutandum. Xenoph. Mem. II, 4, 6: *ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πᾶν τὸ ἐλλεῖπον τῷ φίλῳ καὶ τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων,* h. e. *καὶ τῆς τῶν κοινῶν πράξεων.* Nihil hoc usu crebrius in comparationibus. conf. Boeckh. Explicat. Pind. p. 104. Matthiae. Gr. §. 453. Fritsche Quaestt. Luc. p. 108. Kiessling. ad Theocr. II, 15. Neque Latinis est haec ratio inusitata. v. Cicer. De Orator. I, 4, 15. Tuscul. I, 1, 2. ibique Kuehner.

ἐκ τῶν δημιουργῶν. ΣΩ. Λέγεται ταῦτα, ὦ Γοργία,
περὶ Θεμιστοκλέους· Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον,
ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους.
456 ΓΟΡ. Καὶ ὅταν γέ τις αἵρεσις ᾖ ὧν δὴ σὺ ἔλεγες, ὦ
Σώκρατες, ὁρᾷς, ὅτι οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες
καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων. ΣΩ. Ταῦτα
καὶ θαυμάζων, ὦ Γοργία, πάλαι ἐρωτῶ, τίς ποτε ἡ δύ-
ναμίς ἐστι τῆς ῥητορικῆς. δαιμονία γάρ τις ἔμοιγε κατα-
φαίνεται τὸ μέγεθος οὕτω σκοποῦντι.

P. 456. *ὧν δὴ σὺ ἔλεγες*] Edit. Bas. 2. *ὧν νῦν αὖ σὺ ἔλεγες*. Ficinus: quas tu modo referebas. Videtur igitur legisse *ὧν νῦν δὴ σὺ ἔλεγες*.

*τίς ποτε ἡ δύναμις*] Sic Par. I. et novem Florentini nostri. Editt. omnes *ἥτις*.

*Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον* —] „Mortuus est Pericles, quum Socrates circiter quadraginta annos natus esset." ROUTH. Scholiastes Clarkianus: *ἀρχαιότερος Θεμιστοκλῆς Περικλέους ἔτεσι πλείοσι τῶν πεντήκοντα*. De *ὅτε* post *ἤκουον* posito v. interpp. ad Eurip. Hecub. v. 108. Latine item dicas: audivi, quum diceret.

*περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους*] Schol.: *Διὰ μέσου τεῖχος λέγει ὃ καὶ ἄχρι νῦν ἐστιν ἐν Ἑλλάδι. ἐν τῇ Μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε καὶ τὸ μέσον τεῖχος, τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν πειραιᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα, ἵν', εἰ τὸ ἓν καταβληθῇ, τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄχρι τοῦ πολλοῦ.* Harpocration s. v.: *Τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ — τοῦ τε Βορείου καὶ τοῦ Νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ — διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον, οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ.* Consideratis locis Thucyd. II, 13. et Livii Libr. XXXI. c. 26., ubi murum memorat, qui duobus bracchiis Piraeeum Athenis iungit, de re valde dubia et controversa sic videtur existimandum esse. Thucydides quum praeter murum Phalericum insuper *τὰ μακρὰ τείχη* memoraverit, videntur haec ipsa intelligenda esse duo illa muri bracchia a Livio memorata, quae Piraeeum urbi iungebant. Ex his autem alterum, quod latus boreale tegebat, prius erat exstructum ideoque valde munitum, alterum ex altera parte postea additum ac minus firmatum praesidio, quia commeatus meridiem versus iam Phalerico muro, ad septemtrionem autem muro antiquiore Piraeeo in portum ducentę satis custoditus videbatur. Itaque *τὸ διὰ μέσου τεῖχος* alterum muri Piraeei bracchium est in medio inter primitivum Piraei murum atque murum Phalericum interiectum, cum Piraeei munimento ita coniunctum, ut utraque bracchia unum opus conficerent ideoque muro Phalerico opponerentur, atque alterum *βόρειον*, alterum etiam ad Munichiam procurrens *νότιον* appellaretur, quamquam, sicuti res ipsa tulit, hoc quidem etiam *τὸ διὰ μέσου τεῖχος* vocatum est. Caussa autem, cur murus ille medius exstructus sit, a scholiasta satis probabiliter indicata est verbis: *ἵν', εἰ τὸ ἓν καταβληθῇ κ. τ. λ.* Quod autem hodie duorum tantum murorum a mari



Cap. XI. ΓΟΡ. Εἰ πάντα γε εἰδείης, ὦ Σώκρατες,
ὅτι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαβοῦσα
ὑφ' αὑτῇ ἔχει· μέγα δέ σοι τεκμήριον ἐρῶ· πολλάκις B
γὰρ ἤδη ἔγωγε μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων
ἰατρῶν εἰςελθὼν παρά τινα τῶν καμνόντων οὐχὶ ἐθέ-
λοντα ἢ φάρμακον πιεῖν ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν
τῷ ἰατρῷ, οὐ δυναμένου τοῦ ἰατροῦ πεῖσαι, ἐγὼ ἔπεισα,
οὐκ ἄλλῃ τέχνῃ ἢ τῇ ῥητορικῇ. φημὶ δὲ καὶ εἰς πόλιν
ὅποι βούλει ἐλθόντα ῥητορικὸν ἄνδρα καὶ ἰατρόν, εἰ

*ὑφ' αὑτῇ ἔχει· μέγα δέ σοι τ.*] Bekkerus post *ἔχει* posuit signum exclamationis.

B. *τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν*] *παρασχεῖν καῦσαι ἢ τεμεῖν* Vind. 6.

*ὅποι βούλει*] Sic Par. IW. Vind. 6., quod coniecerat Heinad urbem pertinentium munimenta superesse narrantur, de qua re v. Ottfr. Mueller. ad Leakii Topographiam Athenar. p. 467 seqq., id facilem habet explicationem ex eo, quod medius murus postero tempore, incertum quando, dirutus et ad instauranda antiquiora et firmiora commeatus praesidia consumtus est, ruderibus eius nullis superstitibus ideo, quia omnino minus habuit firmamenti. Sed haec data rei exponendae opportunitate quam brevissime, quamquam ea fortasse nonnihil valebunt ad tollendas varias virorum doctorum dubitationes et controversias, de quibus v. Valesius ad Harpocrat. Tiber. Hemsterhus. Anecdot. T. I. p. 233 seqq. ed. Geel. Wyttenbach. ad Plutarch. De glor. Athen. c. 7. p. 349. D. Leak. Topogr. Athen. p. 467 seqq. ibique ann. Ottfr. Muelleri, idem Muellerus in Encycl. Erschi et Gruberi VI. p. 223. et Diss. De munimentis Athenarum p. 20. Krueger. Stud. histor. p. 166 seqq. 174 seqq.

P. 456. *οἱ νικῶντες τὰς γνώμας*] *Νικᾶν τὴν γνώμην* dicuntur, quorum sententia vincit. Comparavit Heindorfius Aristoph. Nubb. v. 432. Vespp. v. 594.

Cap. XI. *Εἰ πάντα γε εἰδείης — ἔχει·* —] Intelligi potest e superioribus *καὶ μᾶλλον ἔτι σοι καταφαίνοιτ' ἂν τοιαύτη*, quod in hoc sermonis genere recte omitti potuit. Nisi forte *εἰ* pro utinam accipere malis, de quo usu v. Valcken. ad Phoen. v. 761. Alteram rationem amplexus est Bekkerus, qui post *ἔχει* exclamandi signum posuit; alteram praetulit Heindorfius, qui dubitat, an *εἰ* apud prosae orationis scriptores nusquam habeat exclamandi significationem. cf. Matth. §. 617. 4. coll. §. 513. Ceterum de hac Gorgiae sententia conf. Phileb. p. 58., ubi ille narratur dicere consuevisse, *ὡς ἡ τοῦ πείθειν πολὺ διαφέροι πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' ἑαυτῇ δοῦλα δι' ἑκόντων, ἀλλ' οὐ διὰ βίας ποιοῖτο καὶ μακρῷ ἀρίστη πασῶν εἴη τῶν τεχνῶν.*

B. *μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ*] H. e. cum Herodico, de quo v. p. 448. B.

*ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν*] Blomfieldius ad Aeschyl. Agam. v. 822. legendum

δέοι λόγῳ διαγωνίζεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ
συλλόγῳ, ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι ἰατρόν, οὐδαμοῦ ἂν
C φανῆναι τὸν ἰατρόν, ἀλλ' αἱρεθῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυ-
νατόν, εἰ βούλοιτο· καὶ εἰ πρὸς ἄλλον γε δημιουργὸν
ὁντιναοῦν ἀγωνίζοιτο, πείσειεν ἂν αὐτὸν ἑλέσθαι ὁ ῥη-
τορικὸς μᾶλλον ἢ ἄλλος ὁςτισοῦν· οὐ γάρ ἐστι περὶ ὅτου
οὐκ ἂν πιθανώτερον εἴποι ὁ ῥητορικὸς ἢ ἄλλος ὁςτισοῦν
τῶν δημιουργῶν ἐν πλήθει. Ἡ μὲν οὖν δύναμις το-
σαύτη ἐστὶ καὶ τοιαύτη τῆς τέχνης. δεῖ μέντοι, ὦ Σώ-
κρατες, τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι ὥςπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγω-

dorf. Flor. d. *ὅπου*, quo recepta firmatur lectio. Ceteri libri omnes *ὅπῃ*, quod male defendit Astius interpretans: *in eine Stadt, wie du willst, d. h. in jede dir beliebige Stadt, in eine Stadt nach Belieben.* Alio modo *ὅπῃ* tuetur Bernhardy Synt. Graec. p. 350., nec tamen ita, ut nobis persuaserit.

*αἱρεθῆναι ἰατρόν*] Vulgo *αἱρεθῆναι ῥήτορα ἢ ἰατρόν, οὐδ.* Sed verba *ῥήτορα ἢ* desunt in Clark. Vind. 1. 6. Par. EFW. Flor. f. s. x. probante Schleiermachero, Astio, Hermanno. v. interpret.

C. *ὁντιναοῦν ἀγων.*] Bekker. *ὁντινοῦν.*

putat *ἢ τεμεῖν καὶ καῦσαι.* Nam post scalpellum adhibitum, inquit, vulnus ferro candente ustulabatur ad sanguinis profluvium cohibendum. Et profecto ita plerumque scriptum legitur. cf. infra p. 480. C: *παρέχειν — ὥςπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ.* Tim. p. 65. B. Prot. p. 354. A. Xenoph. Anabas. V, 8, 18: *καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ.* Memor. I, 2, 54. Plura dabit Gataker. ad Marc. Antonin. V. p. 193. Accedit quod *ἢ* et *καί* frequentissime in libris permutata sunt. v. interpp. ad Gregor. Corinth. p. 384. 410. 419. al. Sed quamvis exemplorum copia pro viri doctissimi sententia pugnare videatur, tamen, quoniam *τὸ τεμεῖν* et *τὸ καῦσαι* non semper coniunctum fuit, librorum omnium lectionem retinendam censemus. De Republ. III. p. 466. D: *τέκτων — κάμνων ἀξιοῖ παρὰ τοῦ ἰατροῦ φάρμακον πιὼν ἐξεμέσαι τὸ νόσημα ἢ κάτω καθαρθεὶς ἢ καύσει ἢ τομῇ χρησάμενος ἀπηλλάχθαι,* ubi nullus cod. *καὶ τομῇ.* Politic. p. 293. B: *τέμνοντες ἢ κάοντες.* Maxim. Tyr. Diss. XII, 2: *ἢ καύσας ἢ τεμών.* Themist. Orat. XI. p. 149. A: *τὸ δὲ ἀνάγκη ἐκτεμεῖν ἢ ἐπικαῦσαι*: nam ita vulg. *ἐπικόψαι* verissime emendavit Pierson. ad Moer. p. 232. Hippocrat. De medic. p. 13. 18. ed. Bas.: *ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν, ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν ἢ καύσιος.* Sed satis exemplorum, ex quibus liqueat non necessariam esse Blomfieldii correctionem. Opportune vero annotavit Routhius veteres medicos *χειρουργικὴν* et *φαρμακευτικὴν* ipsos exercuisse neque hanc unquam ab illa separasse. vid. G. Vossius De natura artium V. c. 8.



νίᾳ. καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ ἀγωνίᾳ οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς D
ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους, ὅτι ἔμαθε πυκτεύειν τε
καὶ παγκρατιάζειν καὶ ἐν ὅπλοις μάχεσθαι, ὥςτε κρείττων
εἶναι καὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν· οὐ τούτου ἕνεκα τοὺς φί-
λους δεῖ τύπτειν, οὐδὲ κεντεῖν τε καὶ ἀποκτιννύναι. οὐδέ
γε μὰ Δία ἐάν τις εἰς παλαίστραν φοιτήσας, εὖ ἔχων
τὸ σῶμα καὶ πυκτικὸς γενόμενος, ἔπειτα τὸν πατέρα τύ-
πτῃ καὶ τὴν μητέρα ἢ ἄλλον τινὰ τῶν οἰκείων ἢ τῶν
φίλων, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς παιδοτρίβας καὶ τοὺς E
ἐν τοῖς ὅπλοις διδάσκοντας μάχεσθαι μισεῖν τε καὶ ἐκ-

*ὥςπερ τῇ ἄλλῃ π.*] *καὶ* post *ὥςπερ* inserunt Par. BCV. Coisl. Flor. a. b. c. d. m. o. x. V. ad pag. 457. B.

D. *ὅτι ἔμαθε πυκτεύειν*] V. *ὅτι ἔμαθέ τις πυκτεύειν.* Omisi *τις* cum Clark. Coisl. Vind. 1. 6. Ven. Ξ. Par. EFIW. Flor. f. s. et editt. Ald. Bas. 1. v. ann.

*ἐν ὅπλοις μάχεσθαι*] Sic Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. CFIVW. novem Florentini, Bodl. Meerm. Vulgo *ἐν ὄχλοις*, quod iam Cornarius emendandum vidit.

E. *οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς π.*] Vulgatum *οὐ* Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Par. BCIV. Aug. Meerm. Bodl. Flor. b. c. d. m. o. et edit. Bas. 2. mutant in *οὐδέ.* Sed recte Clark. aliique servant *οὐ*, repudiatum nuper iniuria.

§. 7. et c. 10. §. 6. Ad *παρασχεῖν* intell. *ἑαυτόν*, de quo loquendi genere v. ad p. 475. D.

*ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι*] Recte Ficinus: uter sit pro medico eligendus. Asseverat enim sophista oratorem de rebus ad artem medicam pertinentibus ipso medico probabilius esse verba facturum, ut ipse citius medicus publicus eligatur, quam qui medicam artem professus sit. Quae sane splendida oratoris victoria est. Dictionem *οὐδαμοῦ φανῆναι*, nullo loco numerari, post alios illustravimus ad Phaedon. p. 72. C. cap. XVII. Verba *εἰ βούλοιτο* eleganter adduntur, quo gravius notetur fastus et arrogantia Gorgiae.

C. *ἐν πλήθει*] coram populi turba. Infra p. 459. A: *ἔν γε ὄχλῳ.* In superioribus ne quis *εἴπῃ* scribendum putet, sententia haec est: de quo non possit disertius dicere.

D. *ὅτι ἔμαθε πυκτεύειν*] Non opus est *τις*, quod vulgo additum legebatur. Solet enim tertia persona verborum post infinitivum aliunde pendentem ita usurpari, ut pronomen indefinitum, quippe cuius notio iam praecedentibus contineatur, omittatur. Sic infra p. 464. A. Criton. p. 49. C: *οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν.* Men. p. 79. B: *οὐκοῦν συμβαίνει ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς τὸ μετὰ μορίου ἀρετῆς πράττειν, ὅ τι ἂν πράττῃ, τοῦτο ἀρετὴν εἶναι.* Ibid. p. 97. A. De Rep. IX. p. 591. A. Cf. Buttm. §. 116. Obs. 6. — *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι* dicuntur qui gravi armatura certare discunt: nam vulgo iuventus non veris armis se exercebat, sed rudibus aut pilis praepilatis,

βάλλειν ἐκ τῶν πόλεων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παρέδοσαν ἐπὶ
τῷ δικαίως χρῆσθαι τούτοις πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ
τοὺς ἀδικοῦντας, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας· οἱ δὲ
457 μεταστρέψαντες χρῶνται τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ τέχνῃ, οὐκ ὀρ-
θῶς. οὔκουν οἱ διδάξαντες πονηροί, οὐδὲ ἡ τέχνη οὔτε
αἰτία οὔτε πονηρὰ τούτου ἕνεκά ἐστιν, ἀλλ' οἱ μὴ χρώ-
μενοι, οἶμαι, ὀρθῶς. ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥη-
τορικῆς. δυνατὸς μὲν γὰρ πρὸς ἅπαντάς ἐστιν ὁ ῥήτωρ
καὶ περὶ παντὸς λέγειν, ὥςτε πιθανώτερος εἶναι ἐν τοῖς
πλήθεσιν ἐμβραχὺ περὶ ὅτου ἂν βούληται· ἀλλ' οὐδέν
B τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ οὔτε τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν
ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιτο ἂν τοῦτο ποιῆσαι, οὔτε τοὺς
ἄλλους δημιουργούς, ἀλλὰ δικαίως καὶ τῇ ῥητορικῇ χρῆ-



σθαι, ὥςπερ καὶ τῇ ἀγωνίᾳ. ἐὰν δέ, οἶμαι, ῥητορικὸς
γενόμενός τις κᾆτα ταύτῃ τῇ δυνάμει καὶ τῇ τέχνῃ ἀδικῇ,
οὐ τὸν διδάξαντα δεῖ μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν
πόλεων. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπὶ δικαίᾳ χρείᾳ παρέδωκεν, ὁ C
δ' ἐναντίως χρῆται. τὸν οὖν οὐκ ὀρθῶς χρώμενον μισεῖν
δίκαιον καὶ ἐκβάλλειν καὶ ἀποκτιννύναι, ἀλλ' οὐ τὸν
διδάξαντα.

Cap. XII. ΣΩ. Οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον
εἶναι πολλῶν λόγων καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ
τοιόνδε, ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσωσι
διαλέγεσθαι διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες
καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας,
ἀλλ' ἐὰν περί του ἀμφισβητήσωσι καὶ μὴ φῇ ὁ ἕτερος D

P. 457. B. *ὅτι δύναιτο ἂν τ. π.*] V. *δύναιντο*, quod emendavit Heindorf. Singularem *δύναιτο* confirmat Par. I. Flor. s. x.

*καὶ τῇ ῥητορικῇ χρ.*] *τῇ* om. Vat. Ven. Σ. Vind. 2. Bodl. Aug. Meerm. Dein Hirschig. *ἄλλῃ* ante *ἀγωνίᾳ* inseruit, quo non opus. Idem mox verba *ἐκ τῶν πόλεων* abiici vult. conf. p. 460. D.

*ἐπὶ δικαίᾳ χρείᾳ*] Sic Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. 7. Par. V. Flor. b. Bodl. Routhii, Meerm. Aug. Vett. editt. *δικαίου*, quod etiam Clarkian. tueri videtur.

C. *ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται*] Vett. editt. post *δύνανται* addunt *οἱ ἄνθρωποι*, quod praeter corr. Par. E. codd. omnes ignorant. Nimirum tertia persona numeri pluralis ponitur sic, ut subiectum generale *(man)* intelligatur, quod vett. grammatici suppleto *οἱ ἄνθρωποι* declarabant. v. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 252. et

quae dicuntur Graecis *ἐσφαιρωμένα ἀκόντια*. Quae sunt verba Casauboni ad Theophr. Char. p. 79. edit. Fisch. v. Plat. Legg. p. 813. E. Xenoph. An. II, 1, 7. ibique interpp. Ceterum etiam sophistas artem tractandorum armorum professos esse apparet ex Euthyd. p. 271. E. Xen. Mem. III, 1. cf. Schneider. ad Xenoph. Anabas. II, 1, 7. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 127. Male vett. editt. *ἐν ὄχλοις μ.* — Deinde multi codd. *οὐδὲ τούτου ἕνεκα τ. φ.*, quod recepit Bekkerus. Sed praefero veterem lectionem optimorum librorum auctoritate munitam. Nam adiiciuntur haec non sine vi et gravitate, quo magis superiora illa, *οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους*, illustrentur atque confirmentur. In cuiusmodi sententiis constat omitti coniunctionum vincula. Astius cum Findeisenio post *ἀνθρώπους* colo distinguendum et prius illud *τούτου ἕνεκα* eiiciendum censet. Non probo.

E. *ἐπὶ τῷ δικαίως χρῆσθαι*] De hoc dativo v. p. 457. B. p. 480. D. Solet enim *ἐπί* ita construi, ubi caussam, consilium vel finem indicat, neque necessarius est accusativus. v. Lexic. Xenoph. T. II. p. 259. 263 seq. et Fischerus ad Weller. Gr. T. III. P. II. p. 234 seq. — *ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας*, ut se defenderent, non adorirentur. Qui prior alteri infert iniuriam, is *ὑπάρξαι ἀδικίας* et saepius etiam simpliciter *ὑπάρξαι* dicitur. Loquendi genus, apud oratores frequens, doctissime illustravit Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 1576. conf. nostra ad Legg. IX. p. 869. C. et de loci sententia De antidos. p. 113. 23 seqq. ed. Orell. — *τούτοις*, sc. *τοῖς ὅπλοις*. — *οἱ δὲ μεταστρέψαντες*, hi vero e contrario. De Republ. IX. p. 587. D: *οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας — λέγῃ, — εὑρήσει κ. τ. λ.* v. ad p. 479. E. Ante *οὐκ ὀρθῶς* commate distinguendum putavimus.

P. 457. A. *ἐμβραχὺ περὶ ὅτου ἂν βούληται*] Tim. Gloss. p. 99: *ἐμβραχύ· συντόμως καὶ οἷον ἐν βραχεῖ*, ubi v. Ruhnken. Arcte vero vox connectenda cum proximis: ut brevi dicam de quibusvis rebus. — *τοῦτο ποιῆσαι*, intell. *τὴν δόξαν ἀφαιρεῖσθαι*. Ad *δύναιτο* intell. *ὁ ῥήτωρ*. Sententia haec est: sed idcirco, quia rhetor id facere potest, non continuo eum decet medicorum laudibus et existimationi obtrectare, sed oportet arte oratoria iuste uti. Locus nihil habet difficultatis, quamquam in eo haeserunt viri docti in iisque nuper Astius.

B. *γενόμενός τις κᾆτα ταύτῃ τῇ δ.*] Post participia *κᾆτα* et *κἄπειτα* inferuntur, ubi *εἶτα* et *ἔπειτα* exspectes. v. ad Phaedon. p. 90. B. et 98. C. Heindorf. ad h. l. Schaefer. Melett. critt. p. 86. Schneider. ad Xenoph. Mem. I, 1, 5. coll. Aristoph. Avv. v. 1443. Equitt. 391. Lysistr. 560. Nubb. 623. ed. Herm.

Cap. XII. C. *καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς οὕτω διαλύεσθαι τ. σ.*] De Republ. IX. p. 576. E: *καταδύντες εἰς ἅπασαν (τὴν πόλιν) καὶ ἰδόντες οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα.* Sed v. ad Phileb. p. 135., ubi plurima attuli exempla vocis *οὕτω* participio sic subiectae.

τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν ἢ μὴ σαφῶς, χαλεπαίνουσί τε
καὶ κατὰ φθόνον οἴονται τὸν ἑαυτῶν λέγειν, φιλονει-
κοῦντας, ἀλλ' οὐ ζητοῦντας τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ.
καὶ ἔνιοί γε τελευτῶντες αἴσχιστα ἀπαλλάττονται, λοιδο-
ρηθέντες τε καὶ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐ-
τῶν τοιαῦτα, οἷα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν
E αὐτῶν, ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέ-
σθαι. Τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς
σὺ οὐ πάνυ ἀκόλουθα λέγειν, οὐδὲ σύμφωνα οἷς τὸ
πρῶτον ἔλεγες περὶ τῆς ῥητορικῆς. φοβοῦμαι οὖν διε-
λέγχειν σε, μή με ὑπολάβῃς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα φιλονει-
κοῦντα λέγειν τοῦ καταφανὲς γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς σέ.

347. Matthiae. Gr. §. 294. et nostra ad Cratyl. p. 387. C., quae hinc augebis, infra p. 478. A.

P. 458. *εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγω*] Vett. editt. et Hirschig. *λέ-*

D. *ἢ μὴ σαφῶς*] Intellige ex antecedentibus *φῇ*, ut saepe solent e verbis negantibus intelligenda relinqui verba aientia. v. Heindorf. ad h. l. coll. annot. ad Sympos. p. 192. E. Deinde *καὶ κατὰ φθόνον οἴονται τὸν ἑαυτῶν* dicitur, quoniam ad *οἴονται* mente cogitandum *ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον*. Unde etiam explicationem habet accusativus *φιλονεικοῦντας, ἀλλ' οὐ ζητοῦντας*, quem cave cum Hirschigio in nominativum *φιλονεικοῦντες* et *ζητοῦντες* mutaveris. Poterat enim dici hoc modo: *οἴεται ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον κατὰ φθόνον τὸν ἑαυτοῦ λέγειν φιλονεικοῦντα, ἀλλ' οὐ ζητοῦντα τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ*. Verum vidit iam Heindorfius. De v. *φιλονεικεῖν* v. Phaedon. p. 91. A. — *λοιδορηθέντες*, conviciis onerati, postquam se invicem conviciis prosciderunt. — *οἷα καὶ τ. π. ἄχθεσθαι ὑπ. σφ. αὐτ.*, ut etiam praesentes sua caussa indignentur, quod etc., *dass auch die Anwesenden um ihrer selbst willen darüber unzufrieden sind*. Coniunctionem verbi *ἄχθεσθαι* cum accusativo rei illustravimus ad Phaedon. p. 88. E. De infinitivo post *οἷα* illato v. ad Sympos. p. 211. B. coll. Matthiae. Gr. §. 535. Denique *ἄχθεσθαι ὑπὲρ ἑαυτοῦ* sic dixit etiam Aristoph. Lysistrat. v. 10: *πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι*, ab Heindorfio comparatus. Nec ita rarus apud ipsum Platonem hic formulae usus est. v. Apol. Socr. p. 23. E. Phaedon. p. 61. E. ibique ann.

E. *τοῦ καταφανὲς γενέσθαι*] ne suspiceris me non rei caussa contendentem dicere, ut manifesta fiat, sed tua caussa. Infra p. 509. D: *ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι*. Demosth. De Coron. p. 262. ed. Reisk.: *ἆρά γε σμικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν οἱ πλούσιοι* (scil. *δοκοῦσι*). v. Rost. §. 109. not. 1. Matth. §. 540. not.

*εἰ μὲν καὶ σὺ εἶ τ. ἀνθρ. ὧνπερ καὶ ἐγώ*] Euthyphron. p. 6. A: *νῦν οὖν εἰ καὶ σοὶ ταῦτα ξυνδοκεῖ —, ἀνάγκη δή,*



ἐγὼ οὖν, εἰ μὲν καὶ σὺ εἶ τῶν ἀνθρώπων ὧνπερ καὶ 458
ἐγώ, ἡδέως ἄν σε διερωτῴην· εἰ δὲ μή, ἐῴην ἄν. ἐγὼ δὲ
τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ
ἀληθὲς λέγω, ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τίς τι μὴ ἀλη-
θὲς λέγοι, οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγχθέντων ἢ ἐλεγ-
ξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσωπερ μεῖζον
ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου
ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν
εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδὴς περὶ ὧν τυγχάνει νῦν B
ἡμῖν ὁ λόγος ὤν. εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ φῂς τοιοῦτος εἶναι,
διαλεγώμεθα· εἰ δὲ καὶ δοκεῖ χρῆναι ἐᾶν, ἐῶμεν ἤδη
χαίρειν καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον. ΓΟΡ. Ἀλλὰ φημὶ

*γοιμι* invitis codd. fere omnibus. Par. I. *λέγει*. Praestat *λέγω*. cf. annot. ad Apol. p. 25. B. Symp. p. 176. B.

*κακοῦ τοῦ μεγίστου*] Sic Clark. Vett. editt. *του*.

*ὡς ἔοικε, καὶ ἡμῖν ξυγχωρεῖν*. Phaedon. p. 64. C: *ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί*. Ibid. p. 76. E: *οὕτως ὥσπερ καὶ ταῦτα ἔστιν, οὕτως καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εἶναι*. De Rep. VII. p. 519. A. Apolog. Socrat. p. 22. D: *ὅπερ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί*, ubi v. annot. Proxima *εἴ τίς τι μὴ ἀλ. λέγοι* Ficinus reddit: si quid falsum ineptumve dicant. Optativus, qui librorum fere omnium confirmatur auctoritate, cum sententia ipsa, quamvis praecedente indicativo *λέγω*, egregie congruit. Nam Socrates *εἴρων* de se loquens utitur indicativo, quo erroris verisimilitudinem indicet; alios memorans optativum ponit, de horum erroribus cum dubitatione quadam animi verba faciens.

P. 458. *μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγ.*] Ante *μεῖζον* intelligere possis *τοσούτῳ*, quod genus loquendi tetigi ad Apolog. Socr. p. 30. A.

*ὅσον δόξα ψευδὴς π. ὧν κ. τ. λ.*] Heindorf. olim requirebat accusativum *δόξαν ψευδῆ* propter praecedentem accusativum cum infinitivo. In quo iudicio virum egregium decepit ratio scriptorum Latinorum: Graeci enim in huiusmodi comparationibus modo casum praecedenti nomini accommodant, modo nominativum ponunt, intellecto verbo superiore. v. Dorvill. ad Charit. p. 538. ed. Lips. Schaefer. Melett. critt. p. 126. Itaque postea suum ipse errorem corrigens ad Phaedon. p. 111. A. docuit meliora.

B. *καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον*] Similiter infra p. 505. C: *τί οὖν δὴ ποιήσομεν; μεταξὺ τὸν λόγον καταλύομεν;* Lucian. Soloec. extr.: *νῦν δὲ διαλύσομεν τὸν διάλογον*. Itaque non assentior Heindorfio, qui *τὸν λόγον διαλύειν* dici non posse ratus *τὸν σύλλογον* legendum putabat, quam lectionem, haud dubie ex correctione alicuius grammatici ortam, Bodleian. et Meerm. codices habent. — *οἷον σὺ ὑφηγεῖ*, qualem tu praeducis et informas. Demosthen. De Coron. p. 277. ed. Reisk.: *κατὰ τὴν ὑφήγησιν τούτου*, *wie dieser sie anleitet.*

μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς τοιοῦτος εἶναι, οἷον
σὺ ὑφηγεῖ· ἴσως μέντοι χρῆν ἐννοεῖν καὶ τὸ τῶν παρόν-
των. πάλαι γάρ τοι, πρὶν καὶ ὑμᾶς ἐλθεῖν, ἐγὼ τοῖς πα-
ροῦσι πολλὰ ἐπεδειξάμην, καὶ νῦν ἴσως πόῤῥω ἀποτε-
C νοῦμεν, ἢν διαλεγώμεθα. σκοπεῖν οὖν χρὴ καὶ τὸ τούτων,
μή τινας αὐτῶν κατέχωμεν βουλομένους τι καὶ ἄλλο
πράττειν.

Cap. XIII. *ΧΑΙ.* Τοῦ μὲν θορύβου, ὦ Γοργία τε
καὶ Σώκρατες, αὐτοὶ ἀκούετε τούτων τῶν ἀνδρῶν, βου-
λομένων ἀκούειν, ἐάν τι λέγητε· ἐμοὶ δ' οὖν καὶ αὐτῷ
μὴ γένοιτο τοσαύτη ἀσχολία, ὥςτε τοιούτων λόγων καὶ
οὕτω λεγομένων ἀφεμένῳ προὐργιαίτερόν τι γενέσθαι
D ἄλλο πράττειν. *ΚΑΛ.* Νὴ τοὺς θεούς, ὦ Χαιρεφῶν.
καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς πολλοῖς ἤδη λόγοις παραγενόμενος
οὐκ οἶδ' εἰ πώποτε ἥσθην οὕτως, ὥςπερ νυνί, ὥςτ' ἔμοιγε,
κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλητε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε.
*ΣΩ.* Ἀλλὰ μήν, ὦ Καλλίκλεις, τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει,
εἴπερ ἐθέλει Γοργίας. *ΓΟΡ.* Αἰσχρὸν δὴ τὸ λοιπόν, ὦ
Σώκρατες, γίγνεται ἐμέ γε μὴ ἐθέλειν, καὶ ταῦτα αὐτὸν
E ἐπαγγειλάμενον ἐρωτᾶν ὅ τι τις βούλεται. ἀλλ' εἰ δοκεῖ
τουτοισί, διαλέγου τε καὶ ἐρώτα ὅ τι βούλει. *ΣΩ.* Ἄκουε

C. *κατέχωμεν βουλομένους*] *κατέχομεν* Clark. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Routhii Bödl. Meerm., quod probat Herm. *μὴ* interrogative accepto.

D. *ὅλην ἐθέλητε*] Sic Vind. 6. Par. CI. Aug. Meerm. Bodl. Flor. b. d. f. m. s. Vett. editt. *ἐθέλοιτε*.

*εἴπερ ἐθέλει Γ.*] V. *ἐθέλοι*, quod praeter Par. EF. vix unus alterve tuetur.

Thom. Mag. *ὑφηγοῦμαι τὸ διδάσκω καὶ παραινῶ.* — *πόῤῥω ἀποτενοῦμεν*, longiores erimus. Alibi additur *τὸν λόγον*. v. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 459. Ast. ad Rempubl. p. 402. cfr. annot. ad p. 465. E. — Scholiast. *Δέδοικεν ὁ Γοργίας καὶ φεύγει τὴν διάλεξιν, αἰτιᾶται δὲ τοὺς παρόντας παρούργως ὡς οὐκ ἀνεξομένους.* — Mox *κατέχειν* est detinere et abstrahere a negotiis.

De *σκοπεῖν μὴ* cum coniunctivo copulato v. ann. ad Phaedr. p. 260. A. Hipp. Mai. p. 300. D. Cuius usus ignoratio videtur peperisse *κατέχομεν*. — *προὐργιαίτερον.* Schol. *προτιμότερον.* In cod. Meerm. *κρεῖττον* superscriptum, interpretationis caussa.

Cap. XIII. D. *οὐκ οἶδ' εἰ πώποτε ἥσθην οὕτως*] Formula *οὐκ οἶδ' εἰ* apud Graecos plerumque negat cum quadam dubitatione, ut hoc loco, ubi est



δή, ὦ Γοργία, ἃ θαυμάζω ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ σοῦ·
ἴσως γάρ τοι σοῦ ὀρθῶς λέγοντος ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς ὑπο-
λαμβάνω. ῥητορικὸν φῂς ποιεῖν οἷός τ' εἶναι, ἐάν τις
βούληται παρὰ σοῦ μανθάνειν; *ΓΟΡ.* Ναί. *ΣΩ.* Οὐκοῦν
περὶ πάντων ὥςτ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα,
ἀλλὰ πείθοντα; *ΓΟΡ.* Πάνυ μὲν οὖν. *ΣΩ.* Ἔλεγες 459
τοίνυν δή, ὅτι καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ τοῦ ἰατροῦ πιθα-
νώτερος ἔσται ὁ ῥήτωρ. *ΓΟΡ.* Καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γε
ὄχλῳ. *ΣΩ.* Οὐκοῦν τὸ ἐν ὄχλῳ τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς μὴ
εἰδόσιν; οὐ γὰρ δήπου ἔν γε τοῖς εἰδόσι τοῦ ἰατροῦ
πιθανώτερος ἔσται. *ΓΟΡ.* Ἀληθῆ λέγεις. *ΣΩ.* Οὐκοῦν
εἴπερ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται, τοῦ εἰδότος πιθα-
νώτερος γίγνεται; *ΓΟΡ.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Οὐκ ἰατρός
γε ὤν· ἦ γάρ; *ΓΟΡ.* Ναί. *ΣΩ.* Ὁ δὲ μὴ ἰατρός γε B
δήπου ἀνεπιστήμων ὧν ὁ ἰατρὸς ἐπιστήμων. *ΓΟΡ.* Δῆλον
ὅτι. *ΣΩ.* Ὁ οὐκ εἰδὼς ἄρα τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι
πιθανώτερος ἔσται, ὅταν ὁ ῥήτωρ τοῦ ἰατροῦ πιθανώ-
τερος ᾖ. τοῦτο συμβαίνει, ἢ ἄλλο τι; *ΓΟΡ.* Τοῦτο ἐν-
ταῦθά γε συμβαίνει. *ΣΩ.* Οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας
ἁπάσας τέχνας ὡςαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική·
αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως

*καὶ ταῦτα αὐτὸν ἐπαγγ.*] *καὶ ταῦτα* om. Clark. Coisl. Vind. 1. 6. Par. EFIW. Flor. f. s. Et potest recte abesse. Om. Turr. Herm.

E. *δοκεῖ τουτοισί*] V. *τούτοισι*, quod ex aliquot libris correxit Bekker.

P. 459. *Ἔλεγες τοίνυν δή, ὅτι*] Malim cum Bekkero *τοι νῦν*, quod tamen in codd. non repertum.

B. *οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι*] Sybrandus *αὐτὸν* requirit.

nescio an non. Interdum tamen dubitanter affirmat. v. Symp. 216. E. Weisk. ad Xenoph. Cyrop. VIII, 4, 8. Heindorf. ad h. l. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 84. — *τὴν ἡμέραν ὅλην* i. q. *ὥςτε ὅλην διαγενέσθαι.*

*τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει*] Politic. p. 258. B: *οὐ τὰ σὰ κωλύειν φαίνεται*, ubi v. ann.

P. 459. B. *τοῦτο ἐνταῦθά γε σ.*] in arte medica.

*ὡςαύτως ἔχει — ῥητορική· αὐτὰ μὲν τὰ πρ.*] De hac structura v. ad p. 450. A. Pro *αὐτὴν* Sybrandus legendum putabat *αὐτόν*, quoniam hic semper de oratore et non de rhetorica sermo esse videatur. Sed videtur scriptor nunc de industria *καὶ ἡ ῥητορικὴ* interposuisse, quorsum *αὐτὴν* refertur. De ipsa sententia autem consulas Phaedr. p. 272. 273. D., quem locum iam Routhius contulit.

C ἔχει, μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι, ὥςτε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.

Cap. XIV. ΓΟΡ. Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη, ὦ Σώκρατες, γίγνεται μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν δημιουργῶν; ΣΩ. Εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἢ μὴ ἐλαττοῦται ὁ ῥήτωρ τῶν ἄλλων διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα, ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ· νῦν δὲ τόδε πρότερον σκεψώμεθα, ἆρα
D τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικὸς ὡς περὶ τὸ ὑγιεινὸν καὶ περὶ τὰ ἄλλα ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι, αὐτὰ μὲν οὐκ εἰδώς, τί ἀγαθὸν ἢ τί κακόν ἐστιν, ἢ τί καλὸν ἢ τί αἰσχρόν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, πειθὼ δὲ περὶ αὐτῶν μεμηχανημένος, ὥςτε δοκεῖν εἰδέναι οὐκ

C. *τῶν δημιουργῶν*] *τῶν ἄλλων [δημιουργῶν]* Hirschig.

*αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα*] *ἐπισκεψώμεθα* Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 7. Par. FI. Sed futurum in his formulis usitatum et legitimum. Dein Herm. invitis codd. et vett. editt. omnibus e suo arbitrio scripsit *πρὸς λόγον*.

Cap. XIV. C. *Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη*] h. e. *πολλὴν ῥᾳστώνην παρέχει*, ut alibi loquitur, h. e. multum habet commoditatis et levamenti. — *μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν δημιουργῶν*, nulla in re ab opificibus superari. — *διὰ τὸ οὕτως ἔχειν*, sc. *διὰ τὸ μίαν ταύτην τέχνην μαθεῖν*. — *αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα*. Recte Schol. *αὐτίκα εὐθέως καὶ παραχρῆμα· νῦν δὲ μικρὸν ὕστερον*. Vide ad p. 450. C. — *ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ*. Olympiod. Ms.: *ἀντὶ τοῦ· ἐὰν ἡμῖν χρήσιμον ᾖ τὸ ὑπὲρ λόγου ζητεῖν*. Significat formula: si quid ad nostram condunt disputationem, proprie si quid est e ratione nostrae disputationis. v. Fischer. ad Weller. T. III. P. II. p. 251 seq. et quos laudat Matth. Gr. ampl. §. 590. B. Non opus est *πρὸς λόγον* invitis libris nuper Platoni obtrusum, licet hac ipsa formula alibi usus sit philosophus, sicuti ostendimus ad Protagor. p. 343. D. et Phileb. p. 33. B.

D. *οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικός*] Explicantur haec deinde verbis *αὐτὰ μὲν οὐκ εἰδώς —, πειθὼ δὲ περὶ αὐτῶν μεμηχανημένος, ὥςτε δοκεῖν κ. τ. λ.* Post *τὸ καλὸν* quod deinceps non repetitus est articulus, eodem modo infra p. 488. C. 498. C. Criton. p. 47. C. Phaedon. p. 75. C. 94. D. Alcibiad. I. p. 117. A. Euthyphron. p. 7. C., ubi v. ann. — *ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι*, sc. praeter *ἰατρικήν*.

E. *οὐ γὰρ σὸν ἔργον*] non enim hoc muneris est tui. v. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 447. interpp. ad Xenoph. Symp. IV, 46.

P. 460. *ὥςπερ ἄρτι εἶπες*]



εἰδὼς ἐν οὐκ εἰδόσι μᾶλλον τοῦ εἰδότος; ἢ ἀνάγκη εἰδέναι, καὶ δεῖ προεπιστάμενον ταῦτα ἀφικέσθαι παρὰ σὲ E
τὸν μέλλοντα μαθήσεσθαι τὴν ῥητορικήν; εἰ δὲ μή, σὺ ὁ τῆς ῥητορικῆς διδάσκαλος τούτων μὲν οὐδὲν διδάξεις τὸν ἀφικνούμενον· οὐ γὰρ σὸν ἔργον· ποιήσεις δ' ἐν τοῖς πολλοῖς δοκεῖν εἰδέναι αὐτὸν τὰ τοιαῦτα οὐκ εἰδότα καὶ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι οὐκ ὄντα; ἢ τὸ παράπαν οὐχ οἷός τε ἔσει αὐτὸν διδάξαι τὴν ῥητορικήν, ἐὰν μὴ προειδῇ περὶ τούτων τὴν ἀλήθειαν; ἢ πῶς τὰ τοιαῦτα ἔχει, ὦ Γοργία; καὶ πρὸς Διός, ὥςπερ ἄρτι εἶπες, ἀποκαλύψας 460
τῆς ῥητορικῆς εἰπὲ τίς ποθ' ἡ δύναμίς ἐστιν. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐὰν τύχῃ μὴ εἰδώς, καὶ ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθήσεται. ΣΩ. Ἔχε δή· καλῶς γὰρ λέγεις. ἐάνπερ ῥητορικὸν σύ τινα ποιήσῃς, ἀνάγκη αὐτὸν

E. *εἰ δὲ μή, σὺ ὁ τ.*] Clark. *εἰ δὲ* et in marg. *γρ. εἰ δὲ μή*. *αὐτὸν διδάξαι*] *διδάξαι αὐτὸν* Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. VW. Aug. Meerm. Flor. b., quem verborum ordinem probavit Bekker.

P. 460. *Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σ.*] *οἶμαι* om. Par. EF. Flor. f. s. Dein solus Steph. de coniectura *μαθήσεσθαι*, sed v. ann.

Respicit Socrates ad verba Gorgiae p. 455. D.

*Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σ., — μαθήσεται*] Codd. plurimi atque optimi *μαθήσεται*, quod editt. vett. in *μαθήσεσθαι* mutarunt. Atque hanc rationem unice veram putat Heindorfius, qui alioquin scribi debuisse arbitratur: *Ἀλλ' ἐὰν τύχῃ —, καὶ ταῦτα, οἶμαι, παρ' ἐμοῦ μαθήσεται*. At enim vero solet ita passim post formulas *ἐμοὶ δοκεῖ, οἴεσθαί γε χρή, ἐγὼ μὲν οἶμαι*, alibi etiam *παρενθέτως* usurpari solitas, non infinitivus, sed indicativus inferri. Accedit, quod indicativus longe accommodatior est sophistae confidentiae, quam oratio aliunde suspensa. Ceterum conf. Protagor. p. 314. C: *δοκεῖ οὖν μοι, ὁ θυρωρὸς — κατήκουεν ἡμῶν*. Men. p. 94. B: *δοκῶ μέν, ἐβούλετο*. Sophist. p. 231. D. De Republ. V. p. 465. A: *οἶμαι δέ, οὐδὲ ἄλλως ἀτιμάσει*. Ibid. p. 473. D: *δοκῶ δέ, οὐδὲ τῷ ἀνθρωπ. γένει*. VI. p. 507. D: *οἶμαι δέ, οὐδ' ἄλλοις προςδεήσει οὐδενός*. X. p. 608. D. Sophist. p. 231. D: *δοκῶ μὲν γάρ, τὸ πρῶτον εὑρέθη θηρευτής*. Lysid. p. 206. C. 218. E. Utraque constructio coniuncta reperitur Lachet. p. 184. B., ubi v. ann. Thucyd. I, 3: *δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν*. Plura dabit Schaeferus ad Demosthen. Apparat. T. V. p. 96.

*Ἔχε δή· καλῶς γ. —*] Frequens apud Platonem est formula *ἔχε δή*, cuius exempla collegerunt Astius ad Rempubl. p. 353. B. ad Legg. p. 627. C. Heindorf. ad Protagor. p. 349. D. conf. infra p. 490. B: *ἔχε δὴ αὐτοῦ*. Heind. quidem explicat: subsiste, ut sit retinentis revocantisque, si quis alio pergere aut aliud acturus videatur.

εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα ἤτοι πρότερόν γε ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ. ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί οὖν;
B ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς τεκτονικός, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὁ τὰ μουσικὰ μουσικός; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Καὶ ὁ τὰ ἰατρικὰ ἰατρικός; καὶ τἆλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· ὁ μεμαθηκὼς ἕκαστα τοιοῦτός ἐστιν, οἷον ἡ ἐπιστήμη ἕκαστον ἀπεργάζεται; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ τὰ δίκαια

B. *οἷον ἡ ἐπιστήμη ἕκαστον*] Sic codd. optimi et numero longe plurimi. Vett. editt. *οἷον ἕκαστον ἡ ἐπιστήμη.*

Hermannus autem ad Viger. p. 753. „Proprie", inquit, „notat tene igitur hoc, quod est monentis, ut alter illud memoria teneat videatque, quid inde consequatur." Sed videtur *ἔχε δή* ut nostrum *halt, halt an*, intransitive accipiendum esse, intellecto *σαυτόν*. cf. Krueger. Gr. §. 52. 2. 2. Sic *ἔχε ἠρέμα, ἔχε ἡσυχῇ*. Deinde *ἤτοι γε — ἤ* legitur ut Apolog. Socrat. p. 27. D. Phaedon. p. 76. A., ubi v. annot. coll. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 1263.

B. *καὶ τἆλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λ.*] Recte post *λόγον* distinguitur: quam distinctionem miror Heindorfium sustulisse. Nam intelligitur *ἔχει* frequenti ellipsi. Sophist. p. 262. D: *οὕτω δὴ — καὶ περὶ τὰ τῆς φωνῆς αὖ σημεῖα· τὰ μὲν οὐχ ἁρμόττει, τὰ δὲ ἁρμόττοντα αὐτῶν λόγον ἀπειργάσατο.* Menon. p. 72. C: *οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν· κἂν εἰ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταὐτὸν ἅπασαι ἔχουσι.* Ibid. 72. A: *ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ κακία.* Parmenid. p. 129. C. De Rep. VII. p. 534. B. VIII. p. 551. C. Conf. infra p. 467. D. 475. A. Itaque ista, *ὁ μεμαθηκὼς — ἀπεργάζεται*, continent explicationem, de quo genere structurae praeter locos modo allatos vide quae notavi ad p. 450. A.

*Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητ. δ. εἶναι, τὸν δὲ δ.*] Non sine caussa Astius verba *τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι* et voculam *δέ* uncinis seclusit tamquam ab hoc loco aliena. Nam turbant ea profecto mirum quantum nexum argumentationis, praesertim quum sequantur dein haec: *τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι.* Cui fere assensit Hirschigius locum ita refingens: *ὁ δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει. Ναί. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν δίκαον ἀεὶ βούλεσθαι πράττειν; Φαίνεταί γε. κ. τ. λ.* Et certe praestat haec ratio sententiae Hermanni, qui hoc argumentationis membrum eiiciendum statuit: *ΓΟΡ. Φαίνεταί γε* — usque ad *δίκαιον εἶναι. ΓΟΡ. Ναί.* Sed illa quoque ratio est violentior, quam quae comprobari queat, si quidem diva critice ferrum et ignem odit. Vide igitur, an locus ita refingendus sit: *ΣΩ. Ὁ δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Τὸν δὲ δίκαιον δίκαια βούλεσθαι πράττειν; ΓΟΡ. Φαίνεταί γε. κ. τ. λ.* Ita enim verba *Οὐκοῦν*



μεμαθηκὼς δίκαιος; ΓΟΡ. Πάντως δήπου. ΣΩ. Ὁ δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον C
βούλεσθαι δίκαια πράττειν; ΓΟΡ. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὅ γε δίκαιος ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Οὐ φαίνεταί γε.

C. *τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δ. πρ.*] Aug. Meerm. Bodl. Routhii verbum *βούλεσθαι* om., probante Schleiermachero et Bekkero; sed recte habere vulgatam infra docuimus.

*ἀν. τ. ῥ. δίκαιον εἶναι* referuntur ad superiora illa: *Οὐκοῦν κατὰ τ. τ. λόγον καὶ ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς δίκαιος;* ista autem: *Τὸν δὲ δίκαιον δίκαια βούλεσθαι πράττειν;* respiciunt ad haec: *Ὁ δὲ δίκαιος δίκαιά που πράττει.* Videlicet ex eo, quod rhetor iusta didicit, colligitur eum esse iustum, ex eo autem, quod iustus iuste facit, cogitur hoc, ut eum iuste agere velle statuamus. Deinceps autem argumentatio sic procedit: Quum vir iustus id propositum teneat, ut agat iuste, consequitur, ut nunquam iniuste facere velit. Iam vero rhetor secundum nostram ratiocinationem necesse est iustus sit: ergo ne hic quidem unquam iniuste agere volet. Vides ita omnia bene inter se cohaerere neque sine idonea caussa bis commemorari *τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι*, si quidem inde a verbis *τὸν δὲ δίκαιον δίκαια βούλεσθαι πράττειν* alia pars argumentationis orditur, in qua verbum *βούλεσθαι* imprimis vi sua eminet. Nam ex eo, quod iustus iuste agat, colligitur eum etiam promto et parato animo esse ad iuste agendum. Sunt igitur conclusiones hae: *ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς δίκαιος: ὁ ῥητορικὸς τὰ δίκαια μεμάθηκε: δίκαιος ἄρα ὁ ῥητορικός. Ὁ δίκαιος δίκαια βούλεται πράττειν: δίκαιος ὁ ῥητορικός: οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ἀδικεῖν.* Quae si vera sunt, quo iure Schleiermacherus trium codicum auctoritate istud *βούλεσθαι* damnaverit, me vel non monente intelligitur. Quam facile autem *Ναί* post *εἶναι* potuerit excidere, magis etiam patebit, si reputaveris colloquentium personas in codd. msptis duobus punctis (:) indicari solere. Unus cod. Bekker. a manu recenti scriptum exhibet *τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι οὕτως τὸν δὲ κ. τ. λ.* Unde quis reponat: — *δίκαιον εἶναι. ΓΟΡ. Οὕτως. ΣΩ. Τὸν δὲ δίκαιον κ. τ. λ.* Sed quum in ceteris libris voculae *οὕτως* nullum exstet vestigium, *Ναί* excidisse verisimilius iudicamus. Quamquam non multum relucter Voegelino, qui probata nostra interpretatione isto *Ναί* ne opus quidem esse censet. Quum enim iustum esse oratorem iam demonstratum sit, Socrates Gorgiae assensu non exspectato argumentari pergit. De toto loco dignus est qui legatur Quintil. Institutt. Orat. II, 15. §. 24 seqq.

Cap. XV. ΣΩ. Μέμνησαι οὖν λέγων ὀλίγῳ πρό-
D τερον, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς παιδοτρίβαις ἐγκαλεῖν, οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, ἐὰν ὁ πύκτης τῇ πυκτικῇ χρῆταί τε καὶ ἀδικῇ; ὡςαύτως δὲ οὕτω καὶ ἐὰν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται, μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν, μηδὲ ἐξελαύνειν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τῷ ἀδικοῦντι καὶ οὐκ ὀρθῶς χρωμένῳ τῇ ῥητορικῇ; ἐῤῥήθη ταῦτα, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ἐῤῥήθη. ΣΩ. Νῦν δέ γε ὁ αὐτὸς οὗτος φαί-
E νεται, ὁ ῥητορικός, οὐκ ἄν ποτε ἀδικήσας. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Καὶ ἐν τοῖς πρώτοις γε, ὦ Γοργία, λόγοις ἐλέγετο, ὅτι ἡ ῥητορικὴ περὶ λόγους εἴη οὐ τοὺς

D. *πυκτικῇ χρ.*] Par. I. Flor. x. *πυκτικῇ χρῆταί γε καὶ ἀδίκως χρῆται καὶ ἀδικῇ*. Post *χρῆται* Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Aug. Meerm. Bodl. Flor. d. voculam *τε* omittunt, probante Heindorfio et Bekkero, sed v. ann. Praeterea *μὴ καλῶς* vulgo post *πυκτικῇ* additum om. Clark. Vind. 1. 6. Par. BEFW. et pr. m. Coisl. Flor. f. s., recte, ut videtur, idque probavit etiam Winckelmann. ad Euthydem. p. 42. et Herm.

Cap. XV. D. *τοῖς παιδοτρ. ἐγκ., οὐδ' ἐκβάλλειν*] Quod verba diversae constructionis ita coniunguntur cum nominibus, ea perpetua est atque constans linguae consuetudo, de qua breviter monuit Matth. §. 428. 2. Videlicet ad alterum verbum casus nominis sponte intelligitur. Mox aliquot codd. *μὴ καλῶς χρῆται καὶ ἀδικῇ*, quod probavit Heindorfius, qui *τὲ* propterea ferri posse negat, quod *καί* habeat vim explicandi. Sed ne ibi quidem, ubi altero membro non diversa commemorantur, *τε καί* ab loquendi consuetudine abhorrere verissime monuit Thiersch. Gr. p. 570. ed. tert. comparans ille Homerica: Iliad. *α'*. v. 23: *αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα*. Ibid. *κ'*. v. 121: *πολλάκι γὰρ μεθίει τε καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι*. Pertinent huc etiam illa Sophoclis Oed. Col. v. 935: *βίᾳ τε κοὐχ ἑκών*. Electr. v. 873: *ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου*, ubi v. Hermann. Denique haud inepte cum hoc loco contulisse videar Phaedon. p. 68. B: *ἀγανακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε*. De Rep. X. 602. B: *τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσιν*. Phaedr. p. 242. B: *τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖον*. Alcib. I. p. 110. A. Assentitur Astius, his nostris opibus usus. — De proximo *ὡςαύτως δ' οὕτως* egregie Coraes: *οὐ πλεονάζει*, inquit, *θἄτερον τῶν δύο ταὐτοσήμων ἐπιῤῥημάτων. ὥςπερ γὰρ λέγεται Ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ Ταὐτὸ τοῦτο, οὕτω καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἐπιῤῥήματα διπλοῦται εἰς πλείονα ἔμφασιν. εἶχε γὰρ εἰπεῖν ἀντὶ τούτων, ταὐτὸ δὲ τοῦτο (συμβαίνει) καὶ ἐὰν ὁ ῥήτωρ κ. τ. λ.*

E. *οὐκ ἄν ποτε ἀδικήσας*] H. e. *τοιοῦτος, ὅςτις οὐκ ἄν ποτε ἀδικήσειεν*. v. Matth. §. 598. b.

*ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικ. τ. λ. π.*] Quod Stephanus affert *εἴ γε*, exstat illud in Flor. x. Sed recte



τοῦ ἀρτίου καὶ περιττοῦ, ἀλλὰ τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. ἢ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Ἐγὼ τοίνυν σοῦ τότε ταῦτα λέγοντος ὑπέλαβον, ὡς οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται· ἐπειδὴ δὲ ὀλίγον ὕστερον ἔλεγες, ὅτι ὁ
ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ κἂν ἀδίκως χρῷτο, οὕτω θαυμάσας 461
καὶ ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους, ὅτι, εἰ μὲν κέρδος ἡγοῖο εἶναι τὸ ἐλέγχεσθαι, ὥςπερ ἐγώ, ἄξιον εἴη διαλέγεσθαι, εἰ δὲ μή, ἐᾶν χαίρειν. ὕστερον δὲ ἡμῶν ἐπισκοπουμένων, ὁρᾷς δὴ καὶ αὐτὸς, ὅτι αὖ ὁμολογεῖται τὸν ῥητορικὸν ἀδύνατον εἶναι

*φαίνεται, ὁ ῥητορικός*] Articulum, vulgo male neglectum, suppeditarunt Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 6. Par. BCIVW. Flor. d. o.

E. *τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου*] *καὶ τοῦ ἀδίκου* Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Meerm. Bodl. Vind. 2. 7.; sed v. annot. ad p. 453 E. Dein pro *ἢ γάρ;* vett. editt. *ἢ ὔο;* ut est in Par. EF.

*ὅτι ὁ ῥήτωρ*] *ὁ* om. Steph.

habet vulgatum; neque etiam opus est, ut *ἥ γε* reponas, quod fuere qui restituendum iudicarent. Solet enim pronomen relativum saepe sic per attractionem quandam genere ac numero accommodari nomini, quod praedicatum est, quum proprie ad subiectum referendum sit. Infra p. 463. B: *ταύτης μοι δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική, ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τέχνη*. Aliud exemplum huc attulit Heindorf. Legg. XI. p. 937. D: *καὶ δὴ καὶ δίκη ἐν ἀνθρώποις πῶς οὐ καλόν, ὃ πάντα ἡμέρωκε τὰ ἀνθρώπινα;* Similis loquendi usus est ille, ex quo participium non subiecto, sed praedicato accommodatur, de quo v. ad Menon. p. 79. E.

P. 461. *οὐ συνᾴδειν τὰ λεγ.*] non consentire inter se quae a te dicerentur. Phaedon. p. 92. C: *οὗτος οὖν σοι ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνᾄσεται;*

*ὅτι — ἄξιον εἴη διαλέγεσθαι*] Mireris hic Heindorfium *ἂν* desiderantem. Quum enim oratio obliqua sit, atque Socrates ea, quae antea dixerat, tamquam ex alius mente et persona referat, nunc ne poterat quidem *ἂν* inferri, nisi oratione *ὑποθετικῶς* conformata. Eadem ratio est p. 512. A. aliorumque locorum, quos comparavit ad hunc locum vir subtilissimus. Alia, quae collegit, quoniam diversi sunt generis, non possunt huc revocari. — Formulam iurandi *νὴ τὸν κύνα*, qua Socrates utebatur, attigimus ad Apolog. Socrat. c. VII. conf. De Rep. III. p. 399. E. Lys. p. 211. E. Phaedr. p. 228. B. al. — *οὐκ ὀλίγης συνουσίας ἐστίν*, non parvum requirit atque brevem sermonem. Supra p. 457. C: *διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες — οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας*. Atque ita etiam alibi dicitur *συνουσία* et *συνεῖναι* de familiari congressu atque colloquio.

ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ καὶ ἐθέλειν ἀδικεῖν. ταῦτα
B οὖν ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μὰ τὸν κύνα, ὦ Γοργία, οὐκ ὀλίγης
συνουσίας ἐστίν, ὥςτε ἱκανῶς διασκέψασθαι.

Cap. XVI. *ΠΩΛ.* Τί δαί, ὦ Σώκρατες; οὕτω καὶ
σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις, ὥςπερ νῦν λέγεις; ἢ
οἴει, ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προςομολογῆσαι τὸν
ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι καὶ τὰ
καλὰ καὶ τὰ ἀγαθά, καὶ ἐὰν μὴ ἔλθῃ ταῦτα εἰδὼς παῤ
C αὐτόν, αὐτὸς διδάξειν, ἔπειτα ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμο-

P. 461. B. *Τί δαί, ὦ Σ.*] Sic Clark. corr. Coisl. Par. BW. Vind. 1. Flor. a. c. m. o. Vett. editt. *δέ*, quod nuper duce Herm. iniuria revocarunt, scil. ut non repertum in pr. Clark.

*σοι μὴ προςομολογῆσαι*] *μὴ* om. Par. E. Flor. f. s., sed vid. annot. Locus multum vexatus, quem videmur tamen nunc persanasse interpunctione emendata. v. infra ann.

C. *τοῦθ' ὃ δὴ ἀγ.*] *ὃ* om. Clark. Vind. 1. 6. Par. BEFIW. Flor. f. s. Error natus est scriptura *τοῦτο*. v. ann.

*αὐτὸς ἀγαγὼν*] Sic Clark. Vat. Δ. Ven. Σ. Coisl. corr. Par.

Cap. XVI. B. *ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προςομολογῆσαι τ. ῥ. ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δ.*] Oratio hominis fervidi atque calidioris, quae plane animi mentisque imaginem refert, sed eadem intellectu difficilior. Primum igitur Polus dubitat, num Socrates ipse revera ita de rhetorica sentiat. Itaque sic infit: Quid vero, o Socrates, num etiam ita de arte rhetorica sentis, uti dicis? Tum sophista Gorgiam sic defendit, ut ex eo, quod propter verecundiam concesserit, — concessit autem supra c. XIV. p. 459. D. — 460. A. — oratorem colere etiam iustitiam et honestatem solere, neutiquam consequi moneat, ut ille secum ipso pugnare existimandus sit. De quibus verbis nunc videamus. Et hic quidem quoniam *μὴ προςομολογῆσαι* fere idem est quod *ἀπαρνεῖσθαι*, recte *μὴ οὐχί* ponitur, quod constat ita post negandi verba inferri. v. ad Phaedon. p. 72. D. Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr. v. 13. Itaque mox dicitur sic: *τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια;* Quo loquendi genere non satis perspecto Cornarius ante *ᾐσχύνθη* interponi voluit *οὐκ*. Tum ad *ἐὰν μὴ ἔλθῃ* int. *ὁ τὴν ῥητορικὴν βουλόμενος μαθεῖν* s. *τις μαθήσεσθαι μέλλων τὴν ῥητορικήν*. Ad *αὐτὸς διδάξειν* autem ex praegresso *μὴ προςομολογῆσαι* verbum affirmandi petendum est, more non infrequenti. Hactenus igitur in vado omnia sunt. Sed in proximis olim haerebat vitium. Ponebatur enim post *διδάξειν* aut, quod Stephano placuit, post *ἔπειτα* signum interrogandi. Atqui post *διδάξειν* commate distinguendum fuit. Cohaerent enim ista: *ἔπειτα ἐκ ταύτης κ. τ. λ.*, cum praegresso illo *ἢ οἴει*, sensum ubi spectamus, arctissime. Quamquam illata sunt per anacoluthon, quandoquidem pro eo, quod esse debebat, *ἐναντίον τι συμβῆναι*, iam verbo finito ponitur: *ἐναντίον τι συνέβη*, perinde ac si *οἴει* non antecesserit.



λογίας ἐναντίον τὶ συνέβη ἐν τοῖς λόγοις; τοῦθ' ὃ δὴ
ἀγαπᾷς, αὐτὸς ἀγαγὼν ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα. ἐπεὶ τίνα
οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ
δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν; ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν
πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. ΣΩ. Ὦ κάλλιστε
Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς,
ἵνα, ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα,
παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον
καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ καὶ Γορ- D

BEFIW. Vind. 1. 2. 6. Bodl. Aug. Meermann. Flor. f. s. x. cum edit. Bas. 2. Vulgo erat *ἄγων*, quod Heindorfius defendebat.

*ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες*] Bass. 1. 2. Flor. x. *ἀλλά τι*, male. Dein Clark. Vat. Ven. Σ. alii *ἑτέρους υἱεῖς*. Alii *ἑταίρους υἱεῖς* vel *ἑτέρους καὶ υἱεῖς*, unde vitii origines cognoscere licet.

*οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε*] Par. I. *ἐπανορθῶται*. Par. V. supra versum *ἐπανορθῶτε*, quod dedit Bekker. Et sic etiam Flor. b. x. cum ed. Bas. 2. scriptum exhibent.

D. *καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ*] Steph. *τε* errore.

Nimirum convenit haec oratio sane ori calidius loquentis. Tum *ἔπειτα* cum vi illatum, quo id, quod ex Gorgiae confessione consequatur, cum quadam exaggeratione significetur. Nam solere *ἔπειτα* sic, maxime post participia, usurpari ad Phaedon. p. 76. E. docuisse videmur. Denique *ἴσως*, fortasse, iterat quodammodo praegressum illud *οἴει*, in quo nihil est cur haereamus. Iam interrogandi signo post *ἐν τοῖς λόγοις* in locum commatis substituto facile concedes sententiam loci hanc emergere: an putas, propterea quod Gorgias cum pudore dubitavit non concedere (negare) virum rhetoricum etiam iusta novisse et pulcra et bona, ac si quis ad ipsum accedat harum rerum ignarum, fateri ipsum eum haec esse docturum, tum vero ex hac eius concessione contrarium quiddam, quod pugnet cum reliquis, consequutum esse? — Deinde *τοῦθ' ὅ* sequente verbo finito dicitur ut Lat. id quod. Comparavit hanc in rem Heindorfius Theaet. p. 172. D. De Rep. V. p. 462. D., quibus addidisse iuvabit Tim. p. 61. E. Crit. 116. C. Aristoph. Nubb. v. 373: *ἀλλ' ὅςτις ὁ βροντῶν ἐστι, φράσον, τοῦθ' ὅ με ποιεῖ τετρεμαίνειν.* Voc. *δή* autem, ut Lat. scilicet, irrisionis indicium facit. Denique quod recepi plurimorum eorumque optimorum librorum lectionem *ἀγαγών*, ab Heindorfii sententia discedendum fuit, qui tempore hic opus esse arbitratur consuetudinem quandam significante, non praeteritam actionem. Etenim aoristus quoniam ad actionem idemtidem repetitam refertur, et ipse moris et consuetudinis significationem habere solet.

C. *οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμ.*] Recte in codd. legitur *ἐπανορθοῖτε*, quod Heindorf. Bekker. Ast. alii in *ἐπανορθῶτε* mutarunt. Nam optativus post particulas finales in huius-

*γίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ' εἶ. καὶ ἐγὼ ἐθέλω, τῶν ὡμολογημένων εἴ τί σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, ἀναθέσθαι ὅ τι ἂν σὺ βούλῃ, ἐάν μοι ἓν μόνον φυλάττῃς. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Τὴν μακρολογίαν, ὦ Πῶλε, ἣν καθέρξῃς, ᾗ τὸ πρῶτον ἐπεχείρησας χρῆσθαι. ΠΩΛ. Τί δαί; οὐκ*
E *ἐξέσται μοι λέγειν ὁπόσα ἂν βούλωμαι; ΣΩ. Δεινὰ μέντ' ἂν πάθοις, ὦ βέλτιστε, εἰ Ἀθήναζε ἀφικόμενος, οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν, ἔπειτα σὺ ἐνταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. ἀλλὰ ἀντίθες τοι·*

*καὶ ἐγὼ ἐθέλω*] V. post *ἐγὼ* inseritur *σοι*, quod soli habent Par. I. Vind. 1. 2. Flor. m. x. Bodl. Routhii.

*ἓν μόνον φυλάττῃς*] *μόνον ἓν φ.* Vind. 7. conf. Schaefer. Melet. critt. p. 10.

*ἣν καθέρξῃς*] *καθείρξ.* Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. 6. et corr. Coisl. Vulgo *ἣν καθέξῃς*, ingenti vitio. Receptam lectionem confirmant Clark. Ven. Ξ. Par. BCEFW., qui habent *καθέρξῃς* recte ab Hermanno nuper Platoni impertitum. Aug. Meerm. Bodl. *εἰ καθείρξεις*. Dein *Τί δαί;* pro vulg. *Τί δέ;* scripsi ex corr. Clark. Id enim indignationi loquentis convenientius. conf. ad p. 461. B.

modi enuntiatis usurpatur, si vel ex aliena mente et cogitatione loquimur vel nihil nisi finem et consilium significamus, adiuncta notione optandi. conf. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 212. ad Oedip. Col. p. 169. nostra ad Rempubl. III. p. 410. C. 237. A. Matthiae. Gr. §. 518. 1. 4. imprimisque Rostii Gramm. amplior. §. 122. 10. p. 656 seqq. edit. septim. Itaque hoc dicit: ut nos, id quod optamus, sustentetis et erigatis. Ceterum Thom. Mag. *ἐπανορθοῦμαι*, inquit, *κάλλιον ἢ ἐπανορθῶ*. Et ponitur medium in eadem sententia De Rep. II. p. 361. B: *ἐὰν ἄρα σφάλληταί τι, ἐπανορθοῦσθαι δυνατῷ εἶναι.* Sed non abstinuisse Atticos usu activi verbi ipsius Platonis testimonia evincunt haec: De Rep. I. p. 346. E. IV. 426. E. X. 604. D. Theaet. 146. C. 167. E. Prot. 340. D. Legg. 769. E. al. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 250.

D. *δίκαιος δ' εἶ.*] Facile quis suspicetur legendum esse *δίκαιος γὰρ εἶ.* Frustra. Neque tamen temere fides habenda est iis, qui in talibus locis *δέ* pro *γάρ* dictum acceperunt. Vid. Herm. ad Viger. p. 845. Itaque haec sic intelligas: etiam nunc, si quid ego et Gorgias in sermone erramus, tu praesens corrige: par est autem te hoc facere. Deinde Heindorfius haesit in eo, quod Socrates Polo promittit se ipsum quoque de iis, quae concessa sint, si quid illi non bene concessum videatur, retractaturum, quidquid ille velit. Nam aliud quid certe requirere videntur ea, quae p. 462. A. leguntur, ubi Socrates alteri quidquid retractandi veniam impertitur. Itaque multo aptior videatur sententia a Ficino expressa: atque ego lubens tibi permitto, ut, si quid eorum, quae concessa sunt, non recte concessa putes, id tuo arbitratu permutes etc., ex qua interpretatione Heindorfius coniiciebat post *ἐθέλω* excidisse *δοῦναι.* Verum tamen nihil mutandum. Nam Socrates illum ipsum locum respiciens iam se quoque paratum esse fatetur ad retractanda ea, quae concessa sint, si quid Polo minus bene concessum videatur. In quo urbanae ironiae aculeus est. — Verbum *ἀνατίθεσθαι* per metaphoram a calculorum lusu repetitam dici docuit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 87. A., ubi v. annot. — Pro *φυλάττῃς* quod Findeisen. *φυλάττῃ* reposuit, fugit illum usus loquendi, ex quo *φυλάττειν*, nec tamen sine sensus discrimine, pro *φυλάττεσθαι* usurpatur. v. Elmslei. ad Eurip. Med. v. 314. Schaefer. ad Demosthen. Apparat. T. II. p. 215. Nimirum in talibus locis est observare aliquem vel aliquid, ut ne faciat vel non fiat aut ut aliquid faciat vel fiat. Quocirca sensus hic est: si mihi hoc unum observes: quod lenius et urbanius dictum est, quam illud: si mihi unum solum caveas. conf. ad Theaet. p. 154. C.

*ἣν καθέρξῃς*] si orationis longitudinem cohibueris. Forma aoristi legitur etiam Politic. p. 285. B. *ἔρξας.* Reip. V. 461. D: *μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος.* Tim. p. 34. C. conf. Lobeck. ad Aiac. v. 752. Schaefer. ad Plut. T. IV. p. 37. Matthiae. Gr. §. 234.

E. *ἀλλὰ ἀντίθες τοι· Σοῦ μακρ. λ.*] sed huic tuae sententiae hoc oppone, quod mihi dicere liceat etc. Non opus est, ut cum Stephano et Heindorfio *τό* pro *τοι* scribamus. Exempla rectae orationis sine tali articuli vel pronominis indice illatae iam alibi attulimus.



*„Σοῦ μακρὰ λέγοντος καὶ μὴ ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, οὐ δείν' ἂν αὖ ἐγὼ πάθοιμι, εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου;" ἀλλ' εἴ τι κήδει τοῦ* 462
*λόγου τοῦ εἰρημένου καὶ ἐπανορθώσασθαι αὐτὸν βούλει, ὥςπερ νῦν δὴ ἔλεγον, ἀναθέμενος ὅ τι σοι δοκεῖ, ἐν τῷ μέρει ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, ὥςπερ ἐγώ τε καὶ Γοργίας, ἔλεγχέ τε καὶ ἐλέγχου. φῂς γὰρ δήπου καὶ σὺ ἐπίστασθαι ἅπερ Γοργίας. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σαυτὸν ἐρωτᾶν ἑκάστοτε ὅ τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρίνεσθαι; ΠΩΛ.*

E. *ἀλλὰ ἀντίθες τοι· σοῦ μ.*] Sic Clark. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCFIVW. Vind. 1. 6. Flor. a. b. c. m. o. x. et corr. Vat. Δ. pro vulg. *ἀλλὰ ἀντίθες τὸ σοῦ κ. τ. λ.* Ven. Σ. Vind. 2. *ἀντίθε τοι.* Par. E. *ἀντιθές τι*, quo et ipso recepta lectio confirmatur.

*οὐ δείν' ἂν αὖ ἐγὼ π.*] *ἂν* vulgo omissum recte servarunt Clark. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 6. Par. BCIVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. In Vat. Δ. aliisque nonnullis *αὖ* deest.

P. 462. *κελεύεις σαυτὸν*] Sic codd. optimi atque plurimi. Vett. editt. *σεαυτόν.*

B *Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ νῦν δὴ τούτων ὁπότερον βούλει ποίει· ἐρώτα, ἢ ἀποκρίνου.*

Cap. XVII. *ΠΩΛ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Σώκρατες. ἐπειδὴ Γοργίας ἀπορεῖν σοι δοκεῖ περὶ τῆς ῥητορικῆς, σὺ αὐτὴν τίνα φῂς εἶναι; ΣΩ. Ἆρα ἐρωτᾷς, ἥντινα τέχνην φημὶ εἶναι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐδεμία ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. Πρᾶγμα, ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην*
C *ἐν τῷ συγγράμματι, ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ἐμπειρίαν ἔγωγέ τινα. ΠΩΛ. Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. Ἔμοιγε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ΠΩΛ. Τίνος ἐμπειρία; ΣΩ. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας. ΠΩΛ. Οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἷόν τ'*

B. *Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥ. εἶναι;*] Verba *σοι δοκεῖ — εἶναι* Hirschig. uncis seclusit, iniuria, siquidem vi carent neutiquam.

C. *Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ*] V. *ἆρα.*

*δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι*] Verba *ἡ ῥητορικὴ* Beckio spuria videbantur et e marg., ubi ad seq. *οὐ καλή* adscripta fuissent, temere huc invecta. Nam quaerere Polum nunc omnino, num *καλὸν* sit posse *χαρίζεσθαι* hominibus. In codd. tamen constanter servantur. Uni Ven. ΞΣ. Vind. 7. ea interponunt ante *δοκεῖ*, unde quis caussas malae suspicionis duxerit. Sed v. annot.

*ἤδη πέπυσαι*] Vett. editt. *πέπυσαι ἤδη*, quem ordinem Par. EFI. tenent. Pro *Τί δέ;* Clark. ex em. videtur *Τί δαί;* habere.

P. 462. B. *Καὶ νῦν δὴ — ποίει*] *νῦν δή* imperativo iunctum significat nunc igitur. v. ad Phileb. p. 106. Politic. p. 287. C: *καὶ νῦν δὴ ταὐτὸν μὲν τοῦτο, ἔτι δὲ μᾶλλον ἢ τόθ' ἡμῖν ποιητέον.* Sophist. p. 221. C: *καὶ νῦν δὴ τοῦτον ἰδιώτην θήσομεν.* Lachet. p. 199. C: *καὶ νῦν δὴ — ἔστιν.*

Cap. XVII. *σὺ αὐτὴν τίνα φῂς εἶναι;*] Schol. Bodl.: *ἀσαφὴς ἡ τοῦ Πώλου ἐρώτησις, πότερον τὸν ὁρισμὸν τῆς ῥητορικῆς ἐπιζητεῖ ἢ τὸ γένος· κατὰ γὰρ τῶν δύο σημαινομένων φέρεται τὸ τίνα φῂς εἶναι. ὅθεν ὁ ἐπιστήμων ἐπανορθοῖ αὐτόν.*

*Πρᾶγμα, ὃ φῂς σὺ π.*] Schol.: *ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι οὐχ ὁ ἐξ ἀρχῆς τοῦ Πώλου λόγος αὐτοσχέδιος ἦν, ἀλλὰ σύγγραμμα.* v. ad p. 448. C.

C. *Ἐμπειρία ἄρα —*] Schol. Bodl.: *ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ ἡμῶν τὸν βίον πολιτικὸν κατὰ τέχνην. τοῦτο αἰνίττεται, ὡς τοῦ Πώλου τοιοῦτο σύγγραμμα συγγράψαντος.* Deinde notabis usum vocis *ἀπεργασίας.* Euthyphr. p. 13. D: *ἡ ἰατροῖς ὑπηρετικὴ εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν τυγχάνει οὖσα ὑπηρετική;* Ibid. E: *εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν ὑπηρετικὴ ἂν εἴη;* Protagor. p. 312. D: *πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τὴν τῶν εἰκόνων.*



*εἶναι ἀνθρώποις; ΣΩ. Τί δέ, ὦ Πῶλε; ἤδη πέπυσαι παρ' ἐμοῦ, ὅ τι φημὶ αὐτὴν εἶναι, ωςτε τὸ μετὰ τοῦτο* D
*ἐρωτᾷς, εἰ οὐ καλή μοι δοκεῖ εἶναι; ΠΩΛ. Οὐ γὰρ πέπυσμαι, ὅτι ἐμπειρίαν τινὰ αὐτὴν φῂς εἶναι; ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τί μοι χαρίσασθαι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐροῦ νῦν με, ὀψοποιία ἥτις μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, τίς τέχνη ὀψοποιία; ΣΩ. Οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί; φάθι. ΣΩ. Φημὶ δή, ἐμπειρία τις. ΠΩΛ. Τίνος; φάθι. ΣΩ. Φημὶ δή, χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπερ-* E
*γασίας, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ταὐτὸν δ' ἔστιν ὀψοποιία καὶ ῥητορική; ΣΩ. Οὐδαμῶς γε, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς μὲν ἐπιτηδεύσεως μόριον. ΠΩΛ. Τίνος λέγεις ταύτης; ΣΩ. Μὴ ἀγροικότερον ᾖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν· ὀκνῶ γὰρ Γοργίου ἕνεκα λέγειν, μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπι-*

D. *ἥτις μοι δοκεῖ τ.*] Sic Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 7. Par. BCEIV. Flor. a. b. c. d. m. o. s. x. Vett. editt. *εἴ τίς μοι.*

*Τίνος; φάθι.*] V. *τίς; φάθι.* Flor. b. Par. IV. *τίνος τις; φάθι*, unde emendavit Bekkerus.

E. *Ταὐτὸν δ' ἔστιν*] *ἆρ'* pro *δ'* Par. I. et edit. Bas. 2. restitutum. Requiri particulam *συλλογιστικὴν* etiam Heindorf. putabat scribendum ratus: *Ταὐτὸν δή ἐστιν.* Sed recte iudicavit Hermann. *δὲ* indignabundae mirationi unice convenire.

*ἀλλὰ τῆς αὐτῆς μὲν ἐπιτηδ.*] Addidi *μὲν* ex Clark. Coisl. Vind. 1. 7. Par. EIW. Flor. f. s. Bodl. Nam addere Socrates volebat *ταὐτὸν δ' οὔ*, quod non addit a Polo interpellatus.

*ὀκνῶ γὰρ Γοργίου*] *γὰρ* e Vind. 1. 6. Par. V. Flor. b. recepimus. Desideraverat Heindorf., diris exsecratur Astius.

*χαρίζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρ.*] Continent haec epexegesin verborum praecedentium. Phaedon. p. 96. A: *ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι (αὕτη ἡ σοφία), εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου.* Germanice dixeris: *Scheint dir also nicht die Redekunst etwas Schönes zu sein, nemlich den Menschen gefällig sein zu können?* Consulto iteratur *ἡ ῥητορική*, ne videatur universe quaerere, num pulcrum quiddam sit hominibus gratificari posse. Ex quo patet criticos frustra hic glossema esse odoratos.

*ἤδη πέπυσαι —*] Schol. Bodl.: *οὔπω, φησί, τὰς συστατικὰς διαφορὰς τοῦ ὅρου ἀποδέδωκά σοι.*

D. *ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ. χ.*] quandoquidem magni facis. v. Heindorf. ad h. l. et nostra ad Crit. p. 47. A. Mox ad *Ἀλλὰ τί;* intell. *ἄλλο*, quod in talibus omitti docuit Schaeferus ad Soph. Trachin. v. 390. et ad Oedip. Col. v. 474.

E. *Μὴ ἀγροικότερον ᾖ —*] Tangit illa Poli p. 461. C. Est autem in hac formula comparativi usus legitimus. Apolog. p. 32. D: *εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν.* Ibid. p. 30. E: *εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν.* Euthydem.

τήδευμα. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν τοῦτό ἐστιν ἡ ῥητορική, ἣν
Γοργίας ἐπιτηδεύει, οὐκ οἶδα· καὶ γὰρ ἄρτι ἐκ τοῦ λό-
463 γου οὐδὲν ἡμῖν καταφανὲς ἐγένετο, τί ποτε οὗτος ἡγεῖ-
ται· ὃ δ' ἐγὼ καλῶ τὴν ῥητορικήν, πράγματός τινός
ἐστι μόριον οὐδενὸς τῶν καλῶν. ΓΟΡ. Τίνος, ὦ Σώ-
κρατες; εἰπέ, μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθείς.

Cap. XVIII. ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία,
εἶναί τι ἐπιτήδευμα τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχα-
στικῆς καὶ ἀνδρείας καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς
B ἀνθρώποις· καλῶ δὲ αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον κολακείαν.
ταύτης μοι δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα
μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική· ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι
τέχνη, ὡς δὲ ὁ ἐμὸς λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἐμ-
πειρία καὶ τριβή. ταύτης μόριον καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγὼ

*ἣν Γοργίας ἐπιτηδ.*] Hirschig. coni. *ὃ Γοργ.* non opus.

P. 463. *μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθείς*] Sic Par. VW. Vind. 6. Flor. b. d. Bodl. Meerm. et a m. sec. Flor. f. s. Par. E. Vulg. *αἰσχυνθῇς*, quod defendebat Bastius comparato Demosthen. Leptin. p. 91. Vat. *Δ. αἰσχυνθείης*, quo lectio recepta egregie confirmatur.

B. *ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική*] Sic Clark. Coisl. Vind. 2. 6. Par. BCEFIW. Flor. a. c. d. f. m. o. s. Darmst. cum edit. Bas. 2. Vulgo erat *ὀψοποιητική*. Receptam scripturam confirmant etiam p. 283. E: *εἰ μὴ ἀγροικότερον, ἔφη, ἦν εἰπεῖν*. Infra p. 509. A: *καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστιν*. P. 486. C: *εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι*. Erast. p. 136. E: *ἦ ἀγροικότερόν ἐστιν ἐρέσθαι*.

P. 463. *τινός ἐστι μόριον οὐδενός*] De *οὐδενός* post *τινός* illato v. ad Phaedon. p. 65. E.

Cap. XVIII. *ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρ.*] Coraes: *τοῦτο δὲ ὁ Πλάτωνος μαθητὴς Ἰσοκράτης* (*κατὰ τῶν σοφιστ.* §. 9.) „*ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς*" *εἴρηκεν· ἀλλὰ περὶ τῆς ῥητορικῆς ἐκεῖνος ἁπλῶς λέγων, οὐ φαυλίζων αὐτήν.*

B. *ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τ.*] De constructione v. ad p. 460. E. — *ἐμπειρία καὶ τριβή*, i. e. usus nulla ratione collectus, ut interpretatur Apulei. De doctrina Plat. II. p. 16. ed. Elmenh. Unde alibi *ἄλογος τριβὴ* vocatur. v. p. 501. A. Phaedr. p. 270. B. Phileb. p. 55. E. Attigit hoc argumentum etiam Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 531. — *καὶ τήν γε κομμωτικήν*, artem, quae circa formae lenocinia versatur, et mangonum erat artificium, qui, ut refert Quintil. II, 15. a Routhio laudatus, colorem fuco et verum robur inani sagina mentiebantur. Improbat autem philosophus paullo inferius *τὴν κομμωτικὴν* eamque vocat gymnasticae artis quandam simulationem. Ad quem locum Sopater Apamensis in Prolegomm. ad Aristid. Oratt. Platonic. p. 7: *τὴν δὲ γυμναστικὴν ὑποδύεται ἡ κομμωτική. ἡ μὲν γὰρ τὴν ἀληθῆ εὐεξίαν περιποιεῖ καὶ εὐανθῆ τὰ σώματα τῇ γυμνασίᾳ παρίστησιν· ἡ δὲ ἀλοιφαῖς καὶ χρίσμασι δοκεῖ καλλωπίζειν τὰ σώ-*



καλῶ καὶ τήν γε κομμωτικὴν καὶ τὴν σοφιστικήν, τέτ-
ταρα ταῦτα μόρια ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν. εἰ οὖν βού- C
λεται Πῶλος πυνθάνεσθαι, πυνθανέσθω· οὐ γάρ πω
πέπυσται, ὁποῖόν φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι
τὴν ῥητορικήν, ἀλλ' αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος,
ὁ δὲ ἐπανερωτᾷ, εἰ οὐ καλὸν ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δὲ
αὐτῷ οὐκ ἀποκρινοῦμαι πρότερον, εἴτε καλὸν εἴτε αἰ-
σχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν ῥητορικήν, πρὶν ἂν πρῶτον
ἀποκρίνωμαι, ὅ τι ἐστίν. οὐ γὰρ δίκαιον, ὦ Πῶλε· ἀλλ'
εἴπερ βούλει πυθέσθαι, ἐρώτα, ὁποῖον μόριον τῆς κολα-
κείας φημὶ εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή,
καὶ ἀπόκριναι, ὁποῖον μόριον. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις D
ἀποκριναμένου; ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν ἐμὸν
λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. ΠΩΛ. Τί οὖν; καλὸν

Thom. Mag. in v. *ὀψοποιός* et mss. Aristidis ac Sopatri. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 529. et p. 464. D. 465. B. C. D. 500. E. 465. D.

C. *φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν*] Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. Aug. Meerm. *τὴν ῥητορικὴν κολακείας μόριον εἶναι*, omisso *τῆς*. Sed articulo aegre careas.

*οὔπω ἀποκεκριμένος*] V. *οὕτως*, quod ex Vat. Coisl. Par. *ματα*. Differt autem *κομμωτικὴ* a *κοσμητικῇ*, qua honestum ornatum quaeri docuit Vossius De natura art. V, 9. §. 11. — *ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν.* nam rhetorica versatur in oratione, coquinaria in cibis, ars comendi in ornatu corporis, sophistica in disputationibus.

C. *ἀλλ' αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος*] sed latuit eum me nondum ad haec respondisse. Monui propter Findeisenium, qui vulgarem lectionem *οὕτως* sequutus interpretatur: sed eo non opinante sic respondi, sed mea responsio eius exspectationem superavit. De perfecto *ἀποκεκρίσθαι* tum active tum passive significante v. annot. ad p. 453. D. — *πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρίνωμαι*, priusquam ante omnia respondero. Nam in coniunctivo inest vis et significatio futuri exacti. v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 215., ubi sagacissime observavit *πρὶν ἂν* sequente coniunctivo non usurpari, nisi in priore membro adsit negandi aut prohibendi significatio. Quod praeceptum quibus caussis et rationibus nitatur, acutissime explicavit G. Hermann. in Censur. edit. Elmslei. p. 350. ed. Lips.

D. *Ἀρ' οὖν ἂν μάθοις ἀποκριναμένου;*] sc. *ἐμοῦ*. Verba intelligendi, sciendi, audiendi cum genitivo construi ad Remp. I. p. 194. docuimus. Sententia haec est: Num igitur me intelliges respondentem? *Du wirst doch wohl meine Antwort verstehen?*

*πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*] Quintil. Inst. Orat. II, 15, 25. ad hunc locum respi-

ἢ αἰσχρὸν λέγεις αὐτὴν εἶναι; ΣΩ. Αἰσχρὸν ἔγωγε· τὰ γὰρ κακὰ αἰσχρὰ καλῶ· ἐπειδὴ δεῖ σοι ἀποκρίνασθαι ὡς ἤδη εἰδότι, ἃ ἐγὼ λέγω. ΓΟΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐδὲ αὐτὸς συνίημι, ὅ τι λέγεις. ΣΩ.
E Εἰκότως γε, ὦ Γοργία· οὐδὲν γάρ πω σαφὲς λέγω, Πῶλος δὲ ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἔα, ἐμοὶ δ᾽ εἰπέ, πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΣΩ. Ἀλλ᾽ ἐγὼ πειράσομαι φράσαι, ὅ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἡ ῥητορική· εἰ δὲ μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο, Πῶλος ὅδε ἐλέγξει. σῶμά που καλεῖς τι καὶ

CIV. Vind. 6. 7. Flor. b. c. d. o. x. et corr. Clark. emendatum. Veram lectionem iam edit. Bas. 2. tuetur.

D. *κακὰ αἰσχρὰ καλῶ*] V. *αἰσχρὰ ἐγὼ καλῶ*. Extrusi *ἐγὼ* auctoritate Clark. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BEFIW. Flor. f. s. x. et Aristidis.

E. *Ἀλλ᾽ ἐγὼ πειράσομαι*] Vett. editt. *Ἀλλὰ τοῦτ᾽ ἐγὼ π.*, quod soli Par. EF. Flor. e. f. tenent. Dein *ἡ* om. Clark. et pr. Vind. 2. Clark. *τυγχάνῃ*.

ciens reddit: civilitatis particulae simulacrum. Apulei. Doctrin. Plat. p. 2. ed. Elmenh.: civilis particulae umbram, id est imaginem. Lucian. Bis Accusat. §. 34.

*ὡς ἤδη εἰδότι, ἃ ἐγὼ λέγω*] quasi iam scias, quid mihi velim. Carpit his verbis hominem intemperantius et calidius fere ad ea properantem, de quibus nondum est interrogatum. Haec ipsa vero respiciens Gorgias deinde, *ἀλλ᾽ ἐγώ*, inquit, *οὐδὲ αὐτὸς συνίημι, ὅ τι λέγεις*, ne ipse quidem intelligo, quid dicas. Post *μὰ Δία*, quam formulam constat negandi vim habere, saepissime *ἀλλά* cum negatione infertur ad augendam negationis gravitatem. Alcibiad. I. p. 110. C: *μὰ Δί᾽ ἀλλ᾽ οὐκ ἠγνόουν ἔγωγε, ἀλλὰ σαφῶς ἐγίγνωσκον*. Cratyl. p. 423. B: *μὰ Δί᾽ ἀλλ᾽ οὐκ ἐμοί πω δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι*. In cuiusmodi locis qui post *μὰ Δία* interpungunt, ii quae arcte inter se cohaerent male divellunt. Neque enim haec confundenda sunt cum iis, quae tractavimus ad Phileb. p. 104. Par est ratio formulae asseverandi *νὴ Δία*, quae *ἀλλά* ita subiectum habere solet, ut asseverandi vis item augeatur. Infra p. 481. B: *νὴ τοὺς θεοὺς ἀλλ᾽ ἐπιθυμῶ*. Aristoph. Nubb. v. 652: *νὴ τὸν Δί᾽ ἀλλ᾽ οἶδα*, quae comparavit Heindorfius.

E. *νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς*] Recte Suidas, hoc ipso loco laudato, *νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς, ἀμαθὴς δηλονότι καὶ προπετής*. Nam non sine irrisione haec a Socrate dici in aprico est. Neque displicet Schleiermacheri sententia, qui ad significationem vocabuli *πῶλος* alludi existimat. Mox *τυγχάνει ὂν τοῦτο* dictum pro *τυγχάνει οὖσα τοῦτο*. Sed *ὂν*



ψυχήν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τούτων 464
οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δαί; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ᾽ οὔ; οἷον τοιόνδε λέγω· πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις, ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ τῶν γυμναστικῶν τις. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, ὅ τι ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. B

Cap. XIX. ΣΩ. Φέρε δή σοι, ἐὰν δύνωμαι, σα-

P. 464. *Τί δαί; δοκοῦσαν —*] *δαί* Vat. Vind. 6. et corr. Clark. Vulgo *δέ*.

*οἷον τοιόνδε λέγω*] *τοιόνδε τι* Par. BC. *οἷον τόδε* Flor. f. s. Par. E.

*ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν*] V. *μὲν δοκεῖν*. Par. I. *δοκεῖ μέν*, unde ordinem verborum legitimum restituit Bekkerus. Flor. f. s. x. et Aristides *ὃ ποιεῖ* pro *ὅ τι π.* De *ὅ τι* sic usurpato v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 775.

praedicato accommodatum usu satis frequenti. cf. De Republ. I. p. 333. E. p. 336. A. IV. p. 420. D. 354. C. Legg. X. p. 892. A. XII. p. 961. D.

P. 464. *Τί δαί; δοκοῦσαν —*] Est sanitas animi et corporis non modo ficta et simulata, sed etiam vera. Itaque locus labem contraxit. Quaerere utique debuit Socrates: *Τί δέ; οὐ καὶ δοκοῦσαν κ. τ. λ.*

*οἷον τοιόνδε λέγω*] Frequens formula apud Platonem in afferendis exemplis. Euthyphron. p. 13. B: *οὐκοῦν θεραπεία γε πᾶσα ταὐτὸν διαπράττεται; οἷον τοιόνδε· ἐπ᾽ ἀγαθῷ τινί ἐστι κ. τ. λ.*, ubi Heusdius, huius loci immemor, scribendum putabat *οἷον τὸ τοιόνδε*, quod sane multo est frequentius. Sed vide quae diximus ad Phaedon. p. 65. A. In proximis notabis *ἄλλος* longiore intervallo a pronomine *τὶς* divulsum.

*ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον*] quum tamen nihilo magis bene valeant. Structurae genus explanavit ad h. l. Heindorfius. Phileb. p. 37. B. C: *τῷ ποτε οὖν δὴ τρόπῳ δόξα ψευδὴς — φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς μόνον ἀληθές, δοξάζειν δὲ ὄντως — ἀμφότερα ὁμοίως εἴληχεν;* quum tamen utrique *τὸ ὄντως δοξάζειν* tribuendum sit. Men. p. 79. B: *λέγεις δέ μοι, ὅτι ἀρετή ἐστιν οἷόν τ᾽ εἶναι τἀγαθὰ πορίζεσθαι μετὰ δικαιοσύνης, τοῦτο δὲ φῂς μόριον ἀρετῆς εἶναι*. De Rep. VII. p. 533. D. Pessime vir quidam doctus apud Routhium coniecit *ἔχειν*. Quod autem subiectum ad *ἔχει* intelligendum relinquitur, quia antecedit *ὅ τι ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν*, h. e. *δοκεῖν μέν τινα εὖ ἔχειν*, de eo consulas etiam p. 456. D. 457. E. ann.

φέστερον ἐπιδείξω ὃ λέγω. Δυοῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν δύο λέγω τέχνας· τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν

B. Δυοῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν] τοῖν, vulgo omissum, servarunt Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BEFW. Flor. s. Meerm. Bodl. Darmst.

τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψ.] V. καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψ. Sed καὶ prae-

Cap. XIX. B. Δυοῖν ὄντοιν τ. πρ. κ. τ. λ.] Sententia loci haec est: Duae sunt, inquit, artes bonae, quae ad corporis valetudinem servandam vel restituendam pertinent; duae item valent ad animum recte gubernandum. Corpori enim prospiciunt ars gymnastica et medica; animo prosunt legislatoria et iustitia. Sed reperiuntur etiam artes quattuor turpes, quarum summa in adulatione continetur. Quae quidem artes inhonestae quemadmodum singulae suas habent partes, ita etiam honestis artibus callide quasi insidiantur, quippe sese simulantes illis meliores esse. Sic gymnasticae in locum subrepit ἡ κομμωτική; artis medicae locum occupat ἡ ὀψοποιική; legislatoriae autem ἡ σοφιστικὴ ac iustitiae ἡ ῥητορικὴ vicariae esse volunt. Iam vero quod coquorum ars corpori, id rhetorica animo est. Nam corpori male sano ars medica, animo turbato iustitia medetur. Fallit autem deliciis et voluptatibus ἡ ὀψοποιικὴ corpus, rhetorica animum (p. 461. B. — 466. A.). Quintil. Inst. Orat. II, 15, 24 seq.: plerique autem, dum pauca ex Gorgia Platonis, a prioribus imperite excerpta, legere contenti neque hoc totum neque alia eius volumina evolvunt, in maximum errorem inciderunt creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiae ac voluptatis existimet, et alio loco civilitatis particulae simulacrum et quartam partem adulationis, quod duas partes civilitatis corpori assignet, medicinam et quam interpretantur exercitatricem, duas animo, legalem atque iustitiam, adulationem autem medicinae vocet coquorum artificium et exercitatricis mangonum, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiantur, legalis cavillatricem, iustitiae rhetoricen. Quae omnia sunt quidem scripta in hoc libro dictaque a Socrate, cuius persona videtur Plato significare quid sentiat; sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contra disputant compositi.

τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ —] Ante τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ π. κ. quod vulgo καὶ insertum legebatur, recte illud omnium fere librorum auctoritate omissum esse docebunt aliquot huius asyndeti exempla. Legg. p. 957. A: πάντα δ' οὖν — τὸν νέον ἀναπληροῦν χρὴ νομοθέτην· τὰ μὲν ἴδια δικαστήρια ταύτῃ πῃ γιγνόμενα μέτρον ἂν ἔχοι· τὰ δὲ δημόσια καὶ κοινὰ καὶ ὅσοις ἀρχὰς δεῖ κ. τ. λ. Ibid. IX. p. 867. A. Protagor. p. 338. C: ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε. τῇ μὲν ἀληθείᾳ — ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι· εἰ δὲ



καλῶ, τὴν δὲ ἐπὶ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι, μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας

ter Par. I. nullus liber tuetur, nec habent Ald. et Bas. 1. Fluxit ex praepostera correctione. v. ann.

τὴν δὲ ἐπὶ σώματι] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BC. Editt. omnes ἐπὶ τῷ σώματι. De articulo omisso v. ad Phaedon. c. 41. extr. et infra p. 465. D.

αἱρήσεσθαι κ. τ. λ. Phaedon. p. 91. B: λογίζομαι γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε· καὶ θέασαι ὡς πλεονεκτικῶς· εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πεισθῆναι, εἰ δὲ μηδέν ἐστιν κ. τ. λ. De Rep. V. p. 470. B., ubi v. varr. lectt. Atque sic iam Homer. Iliad. α'. v. 304: ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν ἀνστήτην, λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν· Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας ἐΐσας ἤϊε — Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν. — μίαν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω, non possum sic statim uno nomine appellare. De hoc usu voc. οὕτως v. Phaedr. p. 235. C. ibique Heindorf. Sympos. p. 176. D. c. annot. De Rep. VII. p. 530. C. coll. Schaefer. ad Dionys. Hal. De Compos. Verbor. p. 480. Dictionem ὀνομάζειν s. καλεῖν τινά τι, aliquem aliquo nomine appellare, ad Phaedon. p. 105. D. et alibi illustravimus. — Corpori curando duas artes inservire ait, alteram γυμναστικήν, quippe quae non modo conservandae valetudini prosit, sed etiam acquirendae, alteram ἰατρικήν, quae ad restituendam corporis male affecti valetudinem pertineat. Et huic quidem tamquam ex altera parte respondere ex artibus civilibus dicit τὴν δικαιοσύνην, quippe quae iura civium male violata tueatur atque suum cuique restituat; illi autem similem esse ait τὴν νομοθετικήν, quae efficiat, ut vita civilis consistere queat. Ἀντίστροφον enim vocatur id, quod alicui rei ex altera parte respondet: *ein Gegenstück*. cf. Theaet. p. 158. D. p. 175. D. Phileb. p. 40. D. De Republ. VII. p. 522. A. Ferri non potest quod vulgo erat ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικήν, quoniam ἀντί non habet eam significationem, quae sententiae loci accommodata sit. Quod autem repetitur ἀντίστροφον, nihil hoc offensionis habere arbitramur, quandoquidem utramque hanc artem gymnasticae atque medicae ex altera parte prorsus respondere cum vi quadam significatur. Et sollemnis est haec eiusdem vocabuli repetitio apud particulas μὲν—δέ. Deinde facile quis τὴν δικαστικήν, et paullo post καὶ ἡ δικαστική, reponendum arbitretur, quod in paucis libris reperitur. Quae lectio unice placuit Schleiermachero, qui vulgatam, quamvis antiquam, tamen per errorem ortam censuit. At enim vero tuetur illam tum Quintiliani auctoritas loco supra laudato, tum annotatio schol. haud sane spernenda: δικαιοσύνην, inquit, ἀλλ' οὐ δικαστικὴν προςεῖπεν, ἵνα μὴ τὸ δικαστικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ διανεμητικόν, μᾶλλον δὲ αὐτὴν τῆς ψυχῆς εἰς ἑαυτὴν ἐνέργειαν περιλάβῃ τὸ ὄνομα. Itaque quum iustitiae ut virtutis artem vellet indicare, δικαιοσύνην posuit, quippe cuius vocabuli usus latius pateret, neque dixit δικαστικήν, quia huic nomini paullo aliam tribui videbat significationem, quam quae iustitiae dignitati conveniret. Conf. infra p. 478. A. seqq., unde apparebit

δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικήν, τὴν δὲ ἰατρικήν.
τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν
νομοθετικήν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιο-
C σύνην. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ
οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥ τε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ
καὶ ἡ δικαιοσύνη τῇ νομοθετικῇ· ὅμως δὲ διαφέρουσί
τι ἀλλήλων. τεττάρων δὴ τούτων οὐσῶν, καὶ ἀεὶ πρὸς
τὸ βέλτιστον θεραπευουσῶν, τῶν μὲν τὸ σῶμα, τῶν δὲ
τὴν ψυχήν, ἡ κολακευτικὴ αἰσθομένη, οὐ γνοῦσα λέγω,
ἀλλὰ στοχασαμένη, τέτραχα ἑαυτὴν διανείμασα, ὑποδῦσα
D ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορίων, προςποιεῖται εἶναι τοῦτο,

τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν] V. τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντὶ μὲν τῆς γυμν. In quibus ἀντὶ μὲν corruptum ex vera lectione ἀντίστροφον, quam ex Aug. Meerm. Bodl. Routhii et Aristide reponere non dubitavi. Veterem scripturam servant Bekkerus, Herm. alii.

τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην] τὴν δικαστικὴν scribunt Par. I. Flor. x. cum Bas. 2. suffragante Sopatro in Prolegg. ad Aristidem, qui haec Platonis exponens voc. δικαστικὴν adhibet. Sed alteram lectionem firmat et codicum reliquorum auctoritas et Quintiliani II, 15, 25. testimonium et Schol. ad h. l., qui cur δικαιοσύνην nec potius δικαστικὴν dixerit philosophus, explicare conatur. Quod autem gravissimum est, convenit ea egregie cum ipsius Platonis sententia. Itaque dubitari non potest, quin δικαστικὴν ortum sit ex male sedula criticorum correctione. Sic etiam mox iidem libri pro καὶ ἡ δικαιοσύνη scriptum exhibent καὶ ἡ δικαστική.

luculentissime, δίκην cur memoraverit philosophus. Neque in eo haerebimus, quod inter artes recensetur δικαιοσύνη. Nam similiter De Republ. I. p. 332. C. D. δικαιοσύνη vocatur τέχνη, ubi inter alia haec leguntur: ἡ οὖν δὴ τίσι τί ἀποδιδοῦσα τέχνη δικαιοσύνη ἂν καλοῖτο; Erast. p. 137. D: τίς οὖν ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, ἥτις τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀκολασταίνοντας καὶ παρανομοῦντας ὀρθῶς κολάζει; οὐχ ἡ δικαστική; — ἢ ἄλλην οὖν τινα καλεῖς δικαιοσύνην ἢ ταύτην; conf. p. 478. A. B.

C. ἡ κολακ. αἰσθομένη — ὑποδῦσα] Participiorum cumulatio ne quem offendat, v. ad Apolog. Socr. p. 27. A. et Indic. ad Sympos. s. v. Particip. — Istud στοχασαμένη interpretatur accuratius illud αἰσθομένη. — ὑποδῦσα ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορ., uniuscuiusque induens sibi formam atque speciem. Recte Sopater Prolegomm. p. 8. interpretatur: ὑποδύεται, τοῦτ' ἔστιν ὑπειςέρχεται, ὑποκρίνεται, ὡς ἐκείνη ταὐτὸν δοκεῖν εἶναι. Apte Findeisen. comparavit Aristotel. Art. Poet. I, 2: ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική. Τῶν λόγων οἱ μὲν καὶ φαίνονται ἀληθεῖς καὶ εἰσίν, τοῖς δὲ ὑποδέδυκε μὲν τὸ ψεῦδος· ὅμως δὲ ὑποκρίνονται καὶ ἀπατῶσιν. Themist. Or. 26. p. 320. A. Apud eundem haud pauca sunt his similia.



ὅπερ ὑπέδυ, καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει,
τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ,
ὥςτε δοκεῖ πλείστου ἀξία εἶναι. ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρι-
κὴν ἡ ὀψοποιικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προςποιεῖται τὰ βέλ-
τιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι, ὥςτ', εἰ δέοι ἐν παισὶ
διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν ἢ ἐν ἀνδράσιν
οὕτως ἀνοήτοις, ὥςπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ
τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψο-
ποιός, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν. κολακείαν μὲν E
οὖν αὐτὸ καλῶ, καὶ αἰσχρόν φημι εἶναι τὸ τοιοῦτον,
ὦ Πῶλε, — τοῦτο γὰρ πρὸς σὲ λέγω — ὅτι τοῦ ἡδέος 465

C. ἡ κολακευτικὴ αἰσθομένη] Sic Vind. b. Par. FIV. Bodl. Flor. b. d. f. s. x. Aristid. et corr. Coisl. Vett. editt. αἰσθανομένη.

D. ὅπερ ὑπέδυ] ὅπου ὑπέδυ Clark.

θηρεύεται τὴν ἄνοιαν] Cornar. et Canter. Nov. Lectt. VII, 9. corr. τὴν διάνοιαν, ut est in Par. F. Heusdius malebat τὴν εὔνοιαν. Neutro opus est. v. ann.

δοκεῖ πλείστου] Sic Clark. a pr. m. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 7. Par. BCFVW. Flor. a. b. o. Aug. Meerm. Bodl. Vett. editt. δοκεῖν, Paris. I. δοκεῖν ἀξίαν.

ἡ ὀψοποιικὴ ὑποδέδυκε] Sic cum Clark. optimi et plurimi codd. pro vulg. ὀψοποιητική, ut p. 463. B. 465. B. C.

ἢ ὁ ὀψοποιός] V. καὶ ὁ ὀψ., quod soli habent Par. EF.

D. τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν] Apuleius De Dogm. Plat. I. p. 17. ed. Elmenh., ubi ad hunc locum respicit, interpretatur: opinionem imprudentium captat. Hoc sibi vult Plato: imperitam multitudinem fallere ac decipere studet. Nos similiter: *sie macht Jagd auf den Unverstand.* Nam τὴν ἄνοιαν dictum pro τοὺς ἀνοήτους, ut vere observavit Heindorfius. Loquendi genus in Prolegg. ad Leges Platonis Vol. II. p. LX. tractavimus copiosius. — τὸ ἀεὶ ἥδιστον, *das jedesmal am angenehmsten seiende.* De hoc usu voc. ἀεί v. Apolog. Socrat. p. 25. C.

πότερος ἐπαΐει π. τ. χρ.] Heindorfius propter praecedens illud εἰ δέοι scribendum putabat ἐπαΐοι. Sed in huiusmodi structura non raro post optativum indicativum inferri ipse postea docuit ad Phaedon. p. 62. B. C. cf. Matth. §. 529. ἐπαΐειν et εἰδέναι περί τινος, alicuius rei peritum esse, frequens est dictio apud Platonem. v. Criton. p. 48. A. Hipp. Mai. p. 289. E. Menon. p. 71. B. p. 92. C. Lachet. 199. A. B.

E. τοῦτο γὰρ πρὸς σὲ λέγω —] Vere monuit Heindorfius haec addi ab Socrate, ne Gorgiam istud αἰσχρόν offendat. v. p. 462. E.

στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου· τέχνην δὲ αὐτὴν οὔ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ἃ προςφέρει ὁποῖ' ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, ὥςτε τὴν αἰτίαν ἑκάστου μὴ ἔχειν εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ καλῶ ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφιςβητεῖς, ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον.

Cap. XX. Τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ, ὥςπερ λέγω, ἡ
B ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ κατὰ

P. 465. *τέχνην δὲ αὐτὴν*] Par. I. cum ed. Bas. 2. *αὐτό*, quod Stephanus quoque in cod. aliquo repperit. Dedit id Bekkerus.

*ἃ προςφέρει*] Vett. editt. *ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα ᾧ προςφέρει ἃ προςφέρει*, quod ortum est ex *διττογραφίᾳ*. Eiecimus *ᾧ προςφέρει*, quam rationem firmat Aristides, qui pro his *ᾧ προςφέρει ἃ προςφέρει* habet tantummodo *ὃ προςφέρει*. Verba *ἃ προςφέρει* om. Par. IW. Cornarius eiectis verbis inutilibus scribendum putabat *ὧν προςφέρει*, ut ediderunt Bekk. Turr. Herm. Sed *ὧν* ferri non potest, propterea quod *λόγον ἔχειν περί τινος*, non item *λόγον ἔχειν τινός* dici solet. Itaque deleto post *προςφέρει* commate accusativum *ἃ* tenuimus, ut constructio verborum haec sit: *οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ὁποῖ' ἄττα τὴν φύσιν ἐστὶν ἃ προςφέρει.* Fieri tamen potest, ut in librorum communi fere scriptura aliud quid lateat. Scita est coniectura Hoenebeeki Hissink. Animadverss. crit. Daventriae a. 1845. p. 44. pro *οὐδένα* legendum *δοῦναι* putantis.

B. *ἡ ὀψοποιικὴ κολ.*] V. *ὀψοποιητική*, ut ubique. Hic quoque bona pars librorum alteram scripturam tuetur, inter quos rursus sunt optimi, Clark., de quo immerito tacet Bekkerus, et Vat. Δ.

P. 465. *ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδ. —*] H. e. quia non potest reddere rationem, qualis sit earum rerum, quas affert, natura, ideoque illarum caussas ignorat. Itaque deinde *ἄλογον πρᾶγμα* vocatur. Eandem sententiam philosophus defendit etiam Phaedr. p. 260. E: *ὅτι ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή· τοῦ δὲ λέγειν ἔτυμος τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτ' ἔστι οὔτε μή ποτ' ὕστερον γένηται.* — *ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον*, paratus sum tibi reddere dictorum rationem. Xenoph. Mem. IV, 4, 9: *αὐτὸς οὐδενὶ θέλων ὑπέχειν λόγον, οὐδὲ γνώμην ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενός.*

Cap. XX. B. *ὑπόκειται*] clam et fraudulenter adiacet, i. q. *ὑποδέδυκε*. Nugatur novitius quidam interpres de substrato cogitans.

*καὶ λειότητι καὶ ἐσθήσει*] Tenuimus iam quod libri mss. suffragiis plurimis confirmant, hoc uno excepto, quod *αἰσθήσει* de sententia Corais in *ἐσθήσει* mutavimus, quo vocabulo utuntur Athen. I. p. 18. E. Diodor. IV, 4. Philo, alii. conf. etiam Etym. Magn. p. 382. vers. 51. et 56. Quippe apte sane illud formatum est ad designandam vestiendi rationem, quo certe differt non parum ab *ἐσθῆτες*. Itaque verba sic interpreteris: figuris (formis) et



τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἡ κομμωτική, κακοῦργός τε οὖσα καὶ ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασι καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ ἐσθήσει ἀπατῶσα, ὥςτε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν. ἵν' οὖν μὴ μακρολογῶ, ἐθέλω σοι εἰπεῖν ὥςπερ οἱ γεωμέτραι — ἤδη γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσαις — ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν. μᾶλλον δὲ ὧδε, C

*τρόπον τοῦτον*] *τούτων* Clark. Vat.

*κακοῦργός τε οὖσα*] *οὖσα* additum e Ven. Ξ Σ. Vind. 2. Par. V. Flor. a. b. c. d. f. m. o. x. Aug. Meerm. et corr. Coisl. Par. B. Tuetur illud etiam edit. Bas. 2., omittit tamen Clark. cum Olympiodoro.

*σχήμασι καὶ χρώμασι*] Vett. editt. *σχήμασί τε καὶ χρ.* Sed *τε* om. Clark. Vat. Par. BEFIW. Coisl. Flor. f. s. x. Darmst. Aristid. Dein vett. editt. *καὶ λειότητι*, pro quo Par. EF. Flor. f. s. Ald. Bas. 1. *λειότησι*, ut Bekker. Hermann. alii. Tum vulgo erat *καὶ αἰσθήσει*, sensu nullo. Quod dedimus *ἐσθήσει*, Corai debetur. Bekkerus coniecit *ἐσθῆσιν* ex Par. V. pr. et Coisl. sec. ut Canterus Nov. Lectt. V, 15. Codex Aristidis Schellerhem. habet *ἐσθῆτι*. v. annot.

*ἴσως ἀκολουθήσαις*] Sic optimi et longe plurimi libri. Vett. editt. *ἀκολουθήσειας*. conf. infra p. 477. B. et Matthiae. Gr. ampl. T. I. p. 361., qui Atticam formam optativi non semper usurpari ab Atticis scriptoribus verissime docuit.

C. *τοῦτο ὀψοποιικὴ*] V. *ὀψοποιητική*. Illud rursus Clark. Vat. aliique plurimi tuentur. Sic item paullo post.

coloribus et laevigatione et vestiendi ratione fraudem faciens; *durch Formen und Farben und Glättung und Gewandung täuschend.* Vides ita omnia esse clara et perspicua, ut non opus sit varias virorum doctorum opiniones de hoc loco expromtas, partim perquam miras illas et absurdas, memorare vel examinare. Quamquam pro *λειότητι* ubi *λειώσει* scripseris, id etiam melius cum *ἐσθήσει* concordabit. Verba *σχήματα* et *χρώματα* saepe sic coniunguntur. v. Theaet. p. 156. B. 163. E. Phaedon. p. 100. D. Cratyl. p. 431. C. Sophist. p. 251. A. Tim. p. 68. D. De Republ. II. p. 373. V. p. 476. B. al. — *ὥςτε ποιεῖν κ. τ. λ.*, ita ut efficiat, ut homines pulcritudinis adscitae atque aliunde petitae studio propriam atque genuinam, quae arte palaestrica conciliatur corpori, negligant. Egregie et prorsus ad rem accommodate dictum *ἐφέλκεσθαι ἀλλότριον κάλλος*, alienam adsciscere pulcritudinem.

*ὥςπερ οἱ γεωμέτραι*] Serranus putabat ad rei perspicuitatem adhiberi diagramma sive figuram geometricam. In quo vir doctus valde erravit. Referuntur enim haec ad verba proxime sequentia, quae imitantur mathematicorum rationem, ut sententia haec sit: sed ne longus sim, more mathematicorum rem explicare volo.

ὅτι δ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικήν, καὶ ὅτι δ ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει· ἅτε δ' ἐγγὺς ὄντων, φύρονται

ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην] Par. I. Flor. x. cum Bas. 2. hic quoque habent δικαστικήν. v. p. 464. B. C.

διέστηκε μὲν οὕτω φ.] Sic Par. I. Flor. x. ed. Bas. 2. διέστηκαν. Vulgo διέστηκεν οὕτω φ. Dein Vind. 1. 6. ἅτε δὴ ἐγγύς. Pro περὶ ταὐτὰ Clark. Vind. 2. 6. Flor. a. b. c. d. o. m. Aug. Meerm. περὶ ταῦτα. Verba σοφισταὶ καὶ ῥήτορες desunt in Vindob. 6. Eiecit

C. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει] Heindorfius, qui haec, ὅπερ μέντοι λέγω, refert ad illa p. 464. B. C., complura hic sibi visus est repperisse vestigia mutilatae orationis. Buttmannus difficultatem sic removeri posse arbitratur, si ὅπερ μέντοι λέγω non ad praegressam orationem trahatur, sed ad ea ipsa, quibus praefixum est, διέστηκε μὲν οὕτω, ita ut post λέγω intelligatur τοῦτό ἐστιν. Itaque probata lectione ed. Bas. 2. διέστηκαν, sensum totius loci declaravit sic: Ita tamen hoc dictum volo, ut natura quidem illae artes hunc in modum differant, sed tamen quum propinquae sibi et finitimae sint, rhetores sophistaeque eodem in loco et circa eadem (occupati) confunduntur. Equidem ista ὅπερ μέντοι λέγω referenda censeo ad proxime praecedentia, similiter ut solet formula ὥςπερ λέγω et ὅπερ λέγω usurpari, ubi praegressa repetuntur. v. ad Apolog. Socr. p. 21. A. et quae notavit Boeckhius Praefat. ad Simonem, quem finxit, Socratic. p. XXIV. Docuerat autem Socrates, quodnam esset harum artium discrimen et quaenam inter eas intercederet coniunctio. Itaque nunc extrema haec in animo retinens atque oratione persequens diligentius ita loquitur: quod autem nunc dixi, eandem esse sophistices ad legum ferendarum scientiam itemque rhetorices ad disciplinam iudiciariam rationem, quae intercedat arti fucatrici cum gymnastica aut coquinariae cum medica, id quidem discrimen tenendum est ab ipsa natura esse constitutum; sed quia etc. Apparet, opinor, ad διέστηκε tamquam subiectum e superioribus esse cogitandum αὐτά, h. e. istae artes, quae inter se sunt cognatae. Quod si cui videatur difficilius, nullo negotio rem expedies pro ὅπερ scribendo ἅπερ, quod sane pro vero habemus. Itaque hactenus quidem omnia in expedito sunt. Iam vero nemo non exspectet hanc fere subiectum iri sententiam: Sed quia hae artes inter se cognatae sunt, idcirco saepe confunduntur neglecto discrimine a natura constituto. Nam quod Socrates de veris artibus dixerat p. 464. B. C., eas propter cognationem, qua contineantur, inter se misceri, idem manifestum est eum nunc etiam de illarum artium simulacris affirmare, hoc est de rhetorice et sophistice, quas solas nunc memorat, quia artis fucatricis et coquinariae aliam esse rationem in proximis est demonstraturus. Sed illam sententiam



ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσονται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει, ἀλλ' αὐτὸ αὑτῷ, καὶ μὴ ὑπὸ ταύτης D

ea Bekkerus Schleiermachero obsequutus. Daehnio scribendum videbatur: φύσει· ἃ δ' ἐγγὺς ὄντων φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτά· καὶ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες οὐκ ἔχουσιν κ. τ. λ. Nos vero locum pro sano habemus, praeterquam quod ἅπερ μέντοι λ. scribendum censemus.

ὅ τι χρήσονται] Par. I. Vind. 6. χρήσωνται.

philosophus, mutato orationis tenore, expressit aliter. Nam ab artium commemoratione repente cogitatione transiit ad eos, qui illas profitentur, atque rem ita enuntiat: sed quum ista sibi cognata sint et affinia, idcirco saepe miscentur sophistae atque rhetores, ita ut rhetor saepe sophistae ac vicissim sophista rhetoris partes agat neque aut ipsi sciant aut alii perspectum habeant, quidnam discriminis inter eos intercedat. Itaque participium ὄντων ponitur sic, ut rursus αὐτῶν neutro genere intelligatur. Atque haec si vera sunt, apparet profecto Schleiermacherum et Bekkerum verba σοφισταὶ καὶ ῥήτορες iniuria omisisse, quibus abiectis intolerabilis plane oritur sermonis obscuritas. Neque vero idoneam videmus caussam et rationem, cur ea tamquam spuria delenda sint. Nam quod ait Schleiermacherus „dicendum fuisse sophistas et rhetores non inter ipsos, sed cum iuris peritis et legislatoribus confundi, quoniam agatur de verarum et falsarum artium permutatione et confusione", erravit sine dubio vir egregius, quum nunc de unis artium verarum simulacris et quasi imitatricibus nec vero de illis ipsis sermo sit. Cogitari autem Platonem voluisse de sophistices atque rhetorices commixtione, quae in eo cernatur, ut rhetor saepe sophistam agat et sophista rhetorem, luculentissime apparet ex iis, quae p. 520. A. leguntur: ταὐτόν, ὦ μακάριε, ἐστὶ σοφιστὴς καὶ ῥήτωρ, ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον, ὥςπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον, quae recte iudicavit Heindorfius ad hunc locum respicere. Itaque haec quoque videntur satis iam expedita esse. Eandem vero interpretationem, quam nos proposuimus, etiam Olympiodorus sequutus est, qui ad hunc locum ita commentatur: σύγχυσις γάρ, inquit, γίγνεται σοφιστικῆς καὶ ῥητορικῆς· οὕτω γοῦν καὶ ὁ Γοργίας, σοφιστὴς ὤν, ἑαυτὸν ῥήτορα ἐποίει. Superest, ut de singulis verbis pauca moneamus. Ac primum quidem de neutro ταῦτα s. αὐτά post nomina feminini generis intelligendo v. Matthiae. Gr. §. 439. ac de nominativo subiecti omisso §. 294 seqq. Praeterea tenendum istud οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσονται significare: consilii inopes sunt, quid de se faciant, h. e. sophistarum an rhetorum nomen profiteantur. In quibus cur nunc indicativum futuri, etiam codicum testimoniis firmatum, tenuerimus, docebit annotatio ad Symp. 216. C. et Euthydem. p. 287. C.

καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.] Etiam haec paullo obscurius dicta sunt. Indicatur

κατεθεωρεῖτο καὶ διεκρίνετο ἥ τε ὀψοποιικὴ καὶ ἡ ἰατρική, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε σταθμώμενον ταῖς χάρισι ταῖς πρὸς αὐτό, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε· σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος· ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων ὄντων τῶν τε ἰατρικῶν καὶ ὑγιεινῶν καὶ ὀψοποιικῶν. ὃ μὲν οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι, ἀκήκοας, ἀντίστρο-
E φον ὀψοποιίας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι. Ἴσως μὲν οὖν ἄτοπον πεποίηκα, ὅτι σε οὐκ ἐῶν μακροὺς λόγους λέγειν αὐτὸς συχνὸν λόγον ἀποτέτακα. ἄξιον μὲν

D. *καὶ διεκρίνετο*] V. *ἀνεκρίνετο*, quod habent soli Par. EF. Tum rursus vett. editt. *ὀψοποιητικὴ* invitis optimis codicibus.

*χρήματα ἐφύρετο*] Plerique codd., in quorum numero sunt etiam Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Coisl., *ἐφέρετο*. perperam. Verba *ἐν τῷ αὐτῷ* Hirschig. ut suspecta uncis seclusit.

*ἀκρίτων ὄντων*] V. *ἀκρίτων τε ὄντων*. Sed *τε* libri mss. non agnoscunt excepto Par. EF. In Flor. f. s. scriptum exstat *ἀκρίτων γ' ὄντων*. Vulgatum autem verborum ordinem, *ὑγιεινῶν καὶ ἰατρικῶν*, auctoritate librorum praestantissimorum invertimus.

vero caussa, cur fiat, ut, quum sophistice et rhetorice commisceantur, tamen eae artes, quae ad corpus pertineant, non confundi soleant. In his enim ait mentis, quae corpori praesit, liberum esse iudicium, ut facile iudicari possit, quid cuique harum artium proprium sit. Olympiodorus Ms.: *ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διὰ τί σοφιστικὴ μὲν καὶ ῥητορικὴ συγχέονται, κομμωτικὴ δὲ καὶ ὀψοποιητικὴ οὔ; φαμέν, ὅτι ἡ ὀψοποιητικὴ καὶ ἡ κομμωτικὴ εἴδωλά ἐστι σώματος. εἰ οὖν σῶμα αὐτὰς διεγίγνωσκε, σύγχυσις ἂν καὶ αὐτῶν ἐγίγνετο. πῶς γὰρ τὸ σῶμα τὸ κρατούμενον τοῖς ἐξ αὐτῶν πάθεσι εἶχε διακρῖναι; νυνὶ δέ, ἐπειδὴ σώματος μέν ἐστιν εἴδωλα, ἡ ψυχὴ δέ ἐστιν ἡ διακρίνουσα, διὰ τοῦτο οὐ συγχέονται, τῆς ψυχῆς διοριζούσης. ῥητορικὴ δὲ καὶ σοφιστικὴ τῆς ψυχῆς εἴδωλα· εἰ οὖν ψυχὴ ἡ πάσχουσα, πῶς ἔχει διακρῖναι κατακρατηθεῖσα καὶ ἀνδραποδισθεῖσα; ὥστε διὰ τοῦτο ἡ σύγχυσις.* Facile autem alicui in mentem veniat corrigere *ἥ τε ὀψοποιικὴ καὶ ἡ κομμωτική*, quorsum Olympiodori interpretatio ducat. Sed recte nunc loquitur de artibus omnibus ad corpus pertinentibus, quippe quae, licet et ipsae inter se cognatae sint (p. 464. B.), tamen ab omnibus recte discernantur. Cuius tamen sententiae argumentum ab una arte coquinaria et medicina repetit; artis fucatricis et gymnasticae mentionem nullam diserte facit. In quo non est quod haereamus.

D. *σταθμώμενον ταῖς χ. τ. πρ. α.*] ponderans voluptatibus ad ipsum redundantibus. — *τὸ τοῦ Ἀναξ. ἂν. πολὺ ἦν*, late pateret ac frequens esset illud Anaxagorae. Politic. p. 280. C. 282. A. Sophist. p. 234. B. Legg. I. p. 633. B: *καὶ τὸ τέταρτον ἔγωγε πειρῴμην ἂν λέγειν πολὺ παρ' ἡμῖν γιγνόμενον.* Alia dabit Hermannus ad Lucian. De conscribend. histor. p. 112. De Anaxagoreo hoc dicto vid. ad Phaed. p. 72. C.

*σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος*] nosti enim tu haec placita. Scholiasta: *Ἀναξαγόρειος γὰρ ἦν τῇ προαιρέσει ὁ Πῶλος, καθάπερ ὁ Γοργίας Ἐμπεδόκλειος.* Imo Polus dicitur omnino talium rerum non imperitus esse, utpote Gorgiae assecla.

*ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι*] sc. *ἀντίστροφόν ἐστι τῆς ῥητορικῆς.* Neutrum *ἐκεῖνο* refertur ad *ὀψοποιίας*, de quo loquendi genere v. ad Phaedon. p. 88. A. De Rep. I. p. 353. D. Deinde ne quis *ἄτοπόν τι πεποίηκα* scribendum opinetur, v. Heindorf. ad h. l. et ad Euthydem. p. 391. Boeckh. in Min. p. 112. Matthiae. ad Eurip. Orest. v. 400., quibus adde nostra ad Sympos. p. 175. B. Phaedr. p. 274. C. Phaedon. p. 62. C.



οὖν ἐμοὶ συγγνώμην ἔχειν ἐστί· λέγοντος γάρ μου βραχέα οὐκ ἐμάνθανες, οὐδὲ χρῆσθαι τῇ ἀποκρίσει ἥν σοι ἀπεκρινάμην οὐδὲν οἷός τ' ἦσθα, ἀλλ' ἐδέου διηγήσεως. ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω ὅ τι
χρήσωμαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον, ἐὰν δὲ ἔχω, ἔα με 466
χρῆσθαι· δίκαιον γάρ. καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει εἴ τι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ.

Cap. XXI. *ΠΩΛ.* Τί οὖν φῄς; κολακεία δοκεῖ σοι εἶναι ἡ ῥητορική; *ΣΩ.* Κολακείας μὲν οὖν ἔγωγε εἶπον μόριον. ἀλλ' οὐ μνημονεύεις τηλικοῦτος ὤν. ὦ

Indidem rursus *ὀψοποιικῶν* scripsimus pro *ὀψοποιητικῶν*. Verba *ὑγιεινῶν καὶ* Dobraeus Adversar. I. p. 153. delenda censet.

E. *συχνὸν λόγον ἀποτ.*] V. *μακρὸν λ.*, quod habent Par. EF. Flor. e. f. s. Veram lectionem iam Bas. 2. tuetur.

*οὐδὲν οἷός τ' ἦσθα*] *τ'* vulgo neglectum cum Clark. et Bodl. plerique omnes tuentur.

*ἔχω ὅ τι χρήσωμαι*] *χρήσομαι* Coisl. Ven. ΞΣ. Par. EVW. Flor. b. x. Bodl. Vind. 7. Meerm. Sed h. l. coniunctivus propter istud *ἐὰν μὴ ἔχω* positus est.

E. *αὐτὸς συχνὸν λόγον ἀποτέτακα*] Sic loquitur philosophus etiam Sophist. p. 217. D: *ἐκτείναντα ἀπομηκύνειν λόγον συχνόν*, et infra p. 519. E. Frequentius est *ἀποτείνειν λόγον μακρόν*. Protagor. p. 361. A: *ἐγώ τε καὶ σὺ μακρὸν λόγον ἑκάτερος ἀπετείναμεν.* Ibid. p. 335. C: *παραμεῖναι ἀποτείνοντι μακροὺς λόγους.* De Republ. p. 605. D. Plura dabunt Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 459. ed. Bip. et Boisson. ad Philostr. Heroic. p. 645.

*χρῆσθαι τῇ ἀποκρίσει*] H. e. nesciebas, quid mea responsione faceres.

Cap. XXI. P. 466. *Κολακείας μὲν οὖν ἔγωγε*] Imo ego quidem adulationis particulam dixi. De hac significatione vocularum *μὲν οὖν* v. ad Sympos. p. 201. C. et ad Criton. p. 44. B. et conf. infra p. 466. E. 470. B.

Πῶλε; τί τάχα δράσεις; ΠΩΛ. Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι
ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ
B ῥήτορες; ΣΩ. Ἐρώτημα τοῦτ' ἐρωτᾷς, ἢ λόγου τινὸς
ἀρχὴν λέγεις; ΠΩΛ. Ἐρωτῶ ἔγωγε. ΣΩ. Οὐδὲ νομί-
ζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσι. ΠΩΛ. Πῶς οὐ νομίζεσθαι; οὐ
μέγιστον δύνανται ἐν ταῖς πόλεσιν; ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ
δύνασθαί γε λέγεις ἀγαθόν τι εἶναι τῷ δυναμένῳ. ΠΩΛ.
Ἀλλὰ μὲν δὴ λέγω γε. ΣΩ. Ἐλάχιστον τοίνυν μοι
δοκοῦσι τῶν ἐν τῇ πόλει δύνασθαι οἱ ῥήτορες. ΠΩΛ.
C Τί δέ; οὐχ, ὥςπερ οἱ τύραννοι, ἀποκτιννύασί τε ὃν ἂν
βούλωνται, καὶ ἀφαιροῦνται χρήματα καὶ ἐκβάλλουσιν
ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΣΩ. Νὴ τὸν κύνα·

P. 466. *τί τ. δράσεις;*] Post *δράσεις* vulgo additur *πρεσβύτης γενόμενος*, quod additamentum ignorant Clark. Vat. Par. BCEFW. Vind. 1. 6. Flor. a. c. m. o. et pr. Coisl. In marg. Clark. a rec. m. adscriptum *πρεσβύτης γενόμενος*. In Vind. 1. et Par. B. adpictum: *νέος ὢν πρεσβύτης γενόμενος*. v. ann.

B. *δύνανται ἐν ταῖς πόλεσιν;*] V. *δύν. τῶν ἐν ταῖς π.*, quod unus Ven. Ξ. habere videtur. Invexerunt articulum ex seq. Socratis responsione: *ἐλάχιστον τοίνυν μοι δοκοῦσι τῶν ἐν τῇ πόλει δύνασθαι.*

*τί τάχα δράσεις;*] quid iam porro facies? s. quid continuo s. mox in hoc sermone nostro proficies? De *τάχα* ita usurpato v. ad Phaedr. p. 242. A. Ruhnken. ad Tim. p. 151. Fritsch. Quaestt. Luciann. p. 70 seq. Photius Lex.: *Τάχα· ἀντὶ τοῦ ἔπειτα. οὕτως Ἀναξανδρίδης.* Similis locus est in Plat. Sophista p. 261. B: *θαῤῥεῖν, ὦ Θεαίτητε, χρὴ τὸν καὶ σμικρόν τι δυνάμενον εἰς τὸ πρόσθεν ἰέναι. τί γὰρ ὅ γ' ἀθυμῶν ἐν τούτοις δράσειεν ἂν ἐν ἄλλοις, ἢ μηδὲν ἐν ἐκείνοις ἀνύτων ἢ καὶ πάλιν εἰς τοὔπισθεν ἀπωσθείς;* Unde his verbis lux affunditur clarissima. Ineptum glossema est, quod vulgo additur: *πρεσβύτης γενόμενος*, adscriptum illud vocabulo *τάχα* prave intellecto.

*Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι — ῥήτορες;*] Num igitur tibi boni rhetores tamquam adulatores in civitatibus videntur pro contemnendis hominibus haberi? Nam *φαῦλοι* connectendum cum *νομίζεσθαι*.

B. *Οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δ.*] In his *νομίζεσθαι* est aliquo loco numerari, ut sensus verborum hic sit: ne existimatione quidem aliqua mihi videntur esse. Exempla huius usus attulit Heindorfius. Aristoph. Nubb. v. 962: *ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη νενόμιστο.*

C. *γνώμην σαυτοῦ ἀποφαίνει*] Ne quis *ἀποφαίνεις* scribendum opinetur, solent ita pronomina *ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἐμός*, alia verbis mediis addi vel perspicuitatis gratia vel ad augendam eorum vim et gravitatem.



ἀμφιγνοῶ μέντοι, ὦ Πῶλε, ἐφ' ἑκάστου ὧν λέγεις, πό-
τερον αὐτὸς ταῦτα λέγεις καὶ γνώμην σαυτοῦ ἀπο-
φαίνει, ἢ ἐμὲ ἐρωτᾷς. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγέ σε ἐρωτῶ.
ΣΩ. Εἶεν, ὦ φίλε· ἔπειτα δύο ἅμα με ἐρωτᾷς; ΠΩΛ.
Πῶς δύο; ΣΩ. Οὐκ ἄρτι οὕτω πως ἔλεγες, ὅτι ἀπο- D
κτιννύασιν οἱ ῥήτορες οὓς ἂν βούλωνται, ὥςπερ οἱ τύ-
ραννοι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται καὶ ἐξελαύνουσιν ἐκ
τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΠΩΛ. Ἔγωγε.

Cap. XXII. ΣΩ. Λέγω τοίνυν σοι, ὅτι δύο ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ ἀποκρινοῦμαί γέ σοι πρὸς ἀμφότερα. φημὶ γάρ, ὦ Πῶλε, ἐγὼ καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς τυράννους δύνασθαι μὲν ἐν ταῖς πόλεσι σμικρό-

*Ἀλλὰ μὲν δὴ λέγω γε*] Libri *μήν*. At *μὴν δή* non dicitur semperque locum habet attenuatum illud *μὲν δή*. Correxit Heindorf. Pro *δὴ* vero editt. vett. mendose *δὲ* habent.

C. *ἀποκτιννύασι*] Sic Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. Par. CIW. Flor. f. s. Vulgo *ἀποκτιννύουσι*. Clark. Vat. Par. F. *ἀποκτειννύασιν*. conf. Matthiae. Gr. §. 210. 2. Sic etiam mox D.

D. *ὅτι ἀποκτιννύασιν*] Pro *ὅτι* Herm. *εἰ οὐχὶ* e vestigiis Flor. x. et Clark., qui *εἰ ὅτι* habent. Unice verum est quod vulgo editur.

v. Buttmann. §. 122. 8. Obs. 6. Prorsus eodem modo Xenophont. Mem. IV, 7, 1: *ἁπλῶς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφαίνετο Σωκράτης.* Cyrop. VIII, 4, 6: *τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφαίνετο.* Post *νὴ τὸν κύνα* vulgo deerat interpunctio, quam rationem Astius defendit sic, ut obtestandi formulam dicat ex usu loquendi semper ita praemitti, ut cum sequentibus unam efficiat orationem. At cedo vel unum locum, in quo *νὴ τὸν Δία* cum sequenti *μέντοι* sic in unum coniunctum sit. Nimirum quae alibi de *μὰ Δί' ἀλλά* et similibus formulis exposita sunt, ea alius sunt generis.

*ἔπειτα δύο — ἐρωτᾷς;*] itane duo simul me interrogas? Miratur vero Socrates, quod de duobus simul interrogatur, quum exspectasset se de una tantum re a Polo interrogatum iri. Dixerat enim Polus rhetores et interficere posse *ὃν ἂν βούλωνται* et privare opibus atque ex patria eiicere *ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς.* Itaque docet Socrates deinceps sophistas illud quidem facere, *ὃ ἂν αὐτοῖς δόξῃ βέλτιστον εἶναι*, sed nihil fere eorum, *ὧν βούλονται*, discrimen verborum *δοκεῖν* et *βούλεσθαι* urgens. Ceterum quod post *εἶεν* interrogatio infertur particula transeundi non addita, plura huius usus exempla no avit Heindorf. ad Lysid. p. 216. A. cf. infra p. 489. C.

Cap. XXII. D. *ὅτι δύο ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἐρωτήματα*] Iungas *ὅτι ταῦτα τὰ ἐρωτήματα δύο ἐστί.* Quo non perspecto nuper fuit qui corrigeret: *δύο ἐστὶν ἐρωτήματα*, audacia cum temeritate sociata.

E τατον, ὥςπερ νῦν δὴ ἔλεγον· οὐδὲν γὰρ ποιεῖν ὧν βούλονται, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ποιεῖν μέντοι ὅ τι ἂν αὐτοῖς δόξῃ βέλτιστον εἶναι. *ΠΩΛ.* Οὐκοῦν τοῦτό ἐστι τὸ μέγα δύνασθαι; *ΣΩ.* Οὔχ, ὥς γέ φησι Πῶλος. *ΠΩΛ.* Ἐγὼ οὔ φημι; φημὶ μὲν οὖν ἔγωγε. *ΣΩ.* Μὰ τόν, οὐ σύ γε, ἐπεὶ τὸ μέγα δύνασθαι ἔφης ἀγαθὸν εἶναι τῷ δυναμένῳ. *ΠΩΛ.* Φημὶ γὰρ οὖν. *ΣΩ.* Ἀγαθὸν οὖν οἴει εἶναι, ἐάν τις ποιῇ ταῦτα, ἃ ἂν δοκῇ αὐτῷ βέλτιστα εἶναι, νοῦν μὴ ἔχων; καὶ τοῦτο καλεῖς μέγα δύνασθαι; *ΠΩΛ.* Οὐκ ἔγωγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας καὶ τέχνην τὴν ῥητορικήν,

E. *Οὐκοῦν τοῦτο*] Herm. *Οὐκ οὖν*, quia negativa responsio disiungi particulas postulet.

*Μὰ τόν, οὐ σύ γε*] Bas. 1. 2. *μὰ τὸν Δί'*. Stob. *μὰ τὸν κύνα*. v. annot.

P. 467. *ἀγαθ. τοῦτο κεκτ.*] Aliquot codd. et Clark. a m. sec. *τούτων*.

*εἰ δὴ δύναμίς ἐστιν*] Sic Stob. et Flor. x. Ficinus: siquidem potentiam habere est bonum. Vulgo *ἡ δὲ δύναμις κ. τ. λ.*, quod merito improbavit Heindorfius. Buttmanno tamen vulgata oratio recte videbatur procedere, atque eandem defendit

E. *οὐδὲν γὰρ ποιεῖν — ὡς ἔπος εἰπεῖν*] nam nihil propemodum eos dico facere etc.

*Μὰ τόν, οὐ σύ γε*] De elliptica hac iurandi formula v. interpp. ad Aristoph. Rann. v. 1241. ad Gregor. Corinth. De Dialect. p. 150. Scholiasta Aristophanis ad Rann. v. 1421: *μὰ τόν· ἐλλειπτικῶς ὀμνύει, καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶν ἀρχαίοις, ἐνίοτε μὴ προςτιθέναι τὸν θεὸν εὐλαβείας χάριν· εἰώθασι δὲ τοῖς τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι, ὥςτε εἰπεῖν μέν, μὰ τόν, ὄνομα δὲ μηκέτι προςθεῖναι. καὶ Πλάτωνα δὲ τῷ τοιούτῳ κεχρῆσθαι.* Similia habet Schol. in Aves v. 521., ubi veteres Socraticos ita iurare solitos esse narrat. — Ad *οὐ σύ γε* intell. *φῄς*. Infra p. 474. B: *ἐπεὶ σὺ δέξαι' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; ΣΩ. Καὶ σύ γ' ἂν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.*

*Οὐκοῦν ἀποδείξεις — ἐμὲ ἐξελέγξας*] H. e. Ergo demonstrabis mentem habere oratores (i. e. demonstra), ubi me redargueris. Post *ἀλλὰ μὴ κολακείαν* Heindorfius *οὖσαν* excidisse suspicabatur. Non credo. Nam recte dicitur *τὴν ῥητορικὴν ἀποδεικνύναι τέχνην*, ostendere rhetoricen esse artem. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 180. ed. Bat. p. 182 seq. ed. Lips.

P. 467. *οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτ.*] Videlicet illud, quo tu eos gaudere ais.

*ἐὰν μὴ Σ. ἐξελεγχθῇ —*] nisi Socrates a Polo refutatus eoque edoctus fuerit illos facere quae velint. Nam *ἐξελέγχειν* nunc est coarguendo refutandoque docere. P. 482. A: *ἢ οὖν*



ἀλλὰ μὴ κολακείαν, ἐμὲ ἐξελέγξας· εἰ δέ με ἐάσεις ἀνέ- 467
λεγκτον, οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ οἱ τύραννοι οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται, εἰ δὴ δύναμίς ἐστιν, ὡς σὺ φῄς, ἀγαθόν, τὸ δὲ ποιεῖν ἄνευ νοῦ ἃ δοκεῖ καὶ σὺ ὁμολογεῖς κακὸν εἶναι. ἢ οὔ; *ΠΩΛ.* Ἔγωγε. *ΣΩ.* Πῶς ἂν οὖν οἱ ῥήτορες μέγα δύναιντο ἢ οἱ τύραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ ὑπὸ Πώλου, ὅτι ποιοῦσιν ἃ βού-
λονται; *ΠΩΛ.* Οὗτος ἀνήρ — *ΣΩ.* Οὔ φημι ποιεῖν B
αὐτοὺς ἃ βούλονται· ἀλλά μ' ἔλεγχε. *ΠΩΛ.* Οὐκ ἄρτι ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς βέλτιστα εἶναι τούτου

etiam Sybrandus, qui codicum scripturam duas offerre periodos putat, quae Polum apte refellant. Astio *ἡ δὴ δύναμις* placebat.

B. *ποιεῖν αὐτοὺς*] Hunc ordinem codd. plerique cum Clark. et Vat. tuentur. Vett. editt. *αὐτοὺς ποιεῖν*.

*τούτου πρόσθεν*] Iniuria haec verba, superiori *ἄρτι ἐκ παραλλήλου* subiecta, exterminari voluerunt. Maiore ubertate infra p. 508. E. *ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις*, ubi v. ann. Astius pro *ἄρτι* coni. *ἄρα*. Sybrandus, quia *γὰρ* in proximis duo codd. omittunt, scribendum suspicatur: *βέλτιστα εἶναι. ΣΩ. Τοῦτο πρόσθεν καὶ νῦν ὁμολογῶ*: quod nobis quidem non videtur esse probabile.

*ἐκείνην ἐξέλεγξον — ὡς οὐ τὸ ἀδικεῖν ἐστι κ. τ. λ.*, illam refelle et doce etc. p. 508. A. al. Euthyd. p. 288. E. Theaet. 166. C. Phaedr. 273. B. Hipp. Mai. p. 288. B. Alia huius usus exempla dedit Fischerus ad Anacreont. Carm. XXVIII. v. 82. et Wyttenbach. ad Plut. Mor. II. p. 1170.

B. *Οὗτος ἀνήρ —*] Est haec reticentia, quam appellant rhetores, animum miratione et indignatione commotum indicans. Sic *οὗτος ἀνήρ* cum indignatione vel contemtu dicitur infra p. 505. C: *οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος*. p. 489. B: *οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν*. Lucian. Nigrin. T. I. p. 50: *οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος*. Eurip. Phoeniss. v. 927: *ἀνὴρ ὅδ' οὐκέτ' αὐτὸς ἐκνεύει πάλιν;* In hac autem formula recte omittitur articulus, quoniam cum contemtu dicitur *δεικτικῶς* de eo, qui praesens est, prorsus ad eundem modum, quo *ἀνὴρ ὅδε* dicitur pro *ἐγώ*, veluti apud Sophocl. Antigon. v. 1034. Oed. Tyr. v. 1464. Eurip. Alcest. v. 690. Nam *οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται* contemtim dictum est pro *σὺ οὐ παύσει*.

*τούτου πρόσθεν*] Secluserunt haec tamquam glossema Bekkerus et Schleiermacherus; defendit ea Morgensternius Programm. a. 1821. edito p. XIV. Mihi item genuina videntur. Etenim urgens Polus Socratis disputationem illud *ἄρτι*, quod non satis definite dictum esset, magis etiam definit, subiiciens *τούτου πρόσθεν*, h. e. ante hoc ipsum, quod nunc dicis. Convenit hoc prorsus hominis ingenio.

πρόσθεν; ΣΩ. Καὶ γὰρ νῦν ὁμολογῶ. ΠΩΛ. Οὐκοῦν
ποιοῦσιν ἃ βούλονται. ΣΩ. Οὔ φημι. ΠΩΛ. Ποιοῦντες
δὲ ἃ δοκεῖ αὐτοῖς; ΣΩ. Φημί. ΠΩΛ. Σχέτλια λέγεις
καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Μὴ κατηγόρει, ὦ
λῷστε Πῶλε, ἵνα προςείπω σε κατὰ σέ· ἀλλ' εἰ μὲν ἔχεις
C ἐμὲ ἐρωτᾶν, ἐπίδειξον, ὅτι ψεύδομαι, εἰ δὲ μή, αὐτὸς
ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἐθέλω ἀποκρίνεσθαι, ἵνα καὶ
εἰδῶ ὅ τι λέγεις.

Cap. XXIII. ΣΩ. Πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν οἱ
ἄνθρωποι τοῦτο βούλεσθαι, ὃ ἂν πράττωσιν ἑκάστοτε,
ἢ ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα πράττουσι τοῦθ', ὃ πράττουσιν; οἷον
οἱ τὰ φάρμακα πίνοντες παρὰ τῶν ἰατρῶν πότερόν σοι
δοκοῦσι τοῦτο βούλεσθαι, ὅπερ ποιοῦσι, πίνειν τὸ φάρ-
D μακον καὶ ἀλγεῖν, ἢ ἐκεῖνο, τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πί-
νουσι; ΠΩΛ. Δῆλον, ὅτι τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσιν.
ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντές τε καὶ τὸν ἄλλον χρημα-
τισμὸν χρηματιζόμενοι οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονται, ὃ
ποιοῦσιν ἑκάστοτε· τίς γὰρ βούλεται πλεῖν τε καὶ κιν-

*Ποιοῦντες δὲ ἃ δοκεῖ*] *δὲ* om. Flor. b. x. Aug. Bodl. Meerm. Vind. 2. 6. Ven. Σ. Par. IV. et Stobaeus Trincavell. probante Heindorfio. Stobaeus Gesner. *ποιοῦσι δέ.*
*Σχέτλια λέγεις*] Stob. *Σχέτλιά γε λέγεις*, quod recepit Heindorf.
D. *οὗ ἕνεκα πίνουσιν*] Seclusit haec in Poli responso ut supervacanea Hermann. Nobis videntur satis apte ab hoc repetita.

*Καὶ γὰρ νῦν ὁμολογῶ*] In his *καὶ γάρ* non est etenim, sed *καί* pertinet ad *νῦν*. Qui usus loquendi, etsi haud ita rarus est, passim tamen viros doctos fefellit. De Rep. v. 468. D. VII. 527. C. Theaet. p. 145. D. Hipp. Mai. p. 290. C. Sympos. 176. B. Krueger. ad Xenoph. Anab. V, 6, 2.
*Ποιοῦντες δὲ ἃ δοκεῖ αὐτοῖς;*] Intell. *ἆρ' οὐ ποιοῦσιν ἃ βούλονται;* Iniuria Heindorfius probavit scripturam Stobaei *ποιοῦσι δὲ ἃ δ.*
*ἵνα προςείπω σε κ. σέ*] ut tuo te more appellem, ludens in *παρισώσει* vocabulorum, ut recte haec interpretatur Wesseling. Observ. II, 25. Hesychius: *κατὰ σέ· ὅμοιός σοι.* v. interpp. T. II. p. 2. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 331. Conf. supra p. 448. C.
C. *ἵνα καὶ εἰδῶ*] Sic *καί* post *ἵνα* infertur Lysid. p. 204. A: *ἵνα καὶ ἴδῃς τοὺς αὐτόθι ὄντας.* Lachet. p. 194. A: *ἵνα καὶ μὴ ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρεία καταγελάσῃ.* Theaet. p. 163. C: *ἵνα καὶ αὐξάνῃ.* De Rep. I. p. 346. A. ibique ann.
Cap. XXIII. D. *ἢ ἐκεῖνο, τὸ ὑγιαίνειν*] De hac constructione v. Matth. §. 472. e. — Mox *οἱ πλέοντες* intelliguntur potissimum, nisi fallor, *ἔμποροι* s. mercatores, qui lucri caussa itinera maritima ipsi faciebant. v. Heyn. ad Tibull. I, 1, 50. et Heindorf. ad Horat. Satir. I, 1, 6. Itaque additur *καὶ τὸν ἄλλον χρηματισμὸν χρηματιζόμενοι.* — Ante *πλουτεῖν* ne quis desideret articulum *τό*, quum praecesserit *τὸ ὑγιαίνειν*, v. ad Phaedon. p. 64. C. et p. 70. C. conf. Gorg. p. 460. C. 491. D. 501. E. — Pro *πλούτου* etsi dici poterat *τούτου*, quod legitur apud Stob., tamen gravius ipsum nomen ponitur.



δυνεύειν καὶ πράγματ' ἔχειν; ἀλλ' ἐκεῖνο, οἶμαι, οὗ
ἕνεκα πλέουσι, πλουτεῖν· πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσι.
ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάν-
των; ἐάν τίς τι πράττῃ ἕνεκά του, οὐ τοῦτο βούλεται,
ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα πράττει; ΠΩΛ. Ναί. E
ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔστι τι τῶν ὄντων, ὃ οὐχὶ ἤτοι ἀγαθόν
γ' ἐστὶν ἢ κακὸν ἢ μεταξὺ τούτων, οὔτε ἀγαθὸν οὔτε
κακόν; ΠΩΛ. Πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. ΣΩ.
Οὐκοῦν λέγεις εἶναι ἀγαθὸν μὲν σοφίαν τε καὶ ὑγίειαν
καὶ πλοῦτον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα, κακὰ δὲ τἀναντία
τούτων; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ μήτε
κακὰ ἆρα τοιάδε λέγεις, ἃ ἐνίοτε μὲν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ,
ἐνίοτε δὲ τοῦ κακοῦ, ἐνίοτε δὲ οὐδετέρου, οἷον καθῆσθαι 468
καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν καὶ πλεῖν, καὶ οἷον αὖ λίθους
καὶ ξύλα καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα; οὐ ταῦτα λέγεις; ἢ ἄλλ'
ἅττα καλεῖς τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακά; ΠΩΛ. Οὔκ,
ἀλλὰ ταῦτα. ΣΩ. Πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦτα ἕνεκεν
τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν, ἢ τἀγαθὰ τῶν

*οὗ ἕνεκα πλ.*] V. *εἵνεκα* invitis codd. plerisque omnibus.
E. *εἶναι ἀγαθὸν μὲν σοφίαν*] *ἀγαθὰ* Findeisen. ex Stob. Eclogg. Ethic. Serm. 43., ubi totus locus inde a cap. XXII. in. exscriptus legitur.

*Ἄλλο τι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων;*] Intell. *ἔχει.* v. ad p. 460. B. His autem proxima interpretationis caussa adiecta sunt. Heindorf. notam interrogandi post *πάντων* sustulit.
E. *Πολλὴ ἀνάγκη*] Ficinus: nihil omnino. Unde Heindorfius coniiciebat *Οὐδέν, πολλὴ ἀνάγκη.* Sed recte monuit Buttmannus hanc Poli responsionem potius ad sententiam quam ad Socratis verba accommodatam esse, ut sensus hic sit: necesse est omnino omne quod sit unum ex his tribus esse. Itaque ex superioribus intelligi potest: *εἶναί τινα τῶν ὄντων ἀγαθά, ἕτερα δὲ κακὰ καὶ ἄλλα μηδέτερα, ἀλλὰ μεταξύ.* Aliter Morgensternius Progr. a. 1821. Dorpati edit. p. XV. Mihi quidem, inquit ille, interponendum haud videbatur verbum *οὐδέν*; at Polum renuentem mihi repraesentabam ac tum demum dicentem suum *πολλὴ ἀνάγκη.*
P. 468. *πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν*] Tertia persona pluralis numeri, quae ad indicandum subiectum indefinitum

μεταξύ; ΠΩΛ. Τὰ μεταξὺ δήπου τῶν ἀγαθῶν. ΣΩ.
B Τὸ ἀγαθὸν ἄρα διώκοντες καὶ βαδίζομεν, ὅταν βαδίζωμεν, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι, καὶ τὸ ἐναντίον ἕσταμεν, ὅταν ἑστῶμεν, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα, τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν, εἴ τιν' ἀποκτίννυμεν, καὶ ἐκβάλλομεν καὶ ἀφαιρούμεθα χρήματα, οἰόμενοι ἄμεινον εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν ἢ μή; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἕνεκ' ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ ἅπαντα ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ποιοῦντες. ΠΩΛ. Φημί.

Cap. XXIV. ΣΩ. Οὐκοῦν ὡμολογήσαμεν, ἃ ἕνεκά
C του ποιοῦμεν, μὴ ἐκεῖνα βούλεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα ταῦτα ποιοῦμεν; ΠΩΛ. Μάλιστα. ΣΩ. Οὐκ ἄρα σφάττειν βουλόμεθα, οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἁπλῶς οὕτως, ἀλλ', ἐὰν μὲν ὠφέ-

P. 468. B. *εἴ τιν' ἀποκτ.*] Bas. 2. *ὅταν τιν' ἀποκτίννυμεν*, quod mutato accentu probarunt Matthiae. Gr. Vol. I. p. 390. et Buttmann. Vol. I. p. 540. ed. 1. ann. Etiam Par. I. *ὅταν τινὰ ἀποκτιννύωμεν*. Et sane *ὅταν τιν' ἀποκτιννῦμεν* scribendum videtur, quandoquidem *ὅταν* in talibus usitatum est, non item *εἰ*. v. quae dedimus ad Phileb. p. 31. B. Euthyphr. p. 7. D. Phaedon. c. 13. et conf. Gorg. p. 468. A. ibid. p. 468. B.

*ταῦτα ποιεῖν ἢ μή;*] Aug. Bodl. Meerm. *ἢ οὔ;* probante Heindorfio. Videlicet ita tota sententia *ἀποκτίννυμεν καὶ ἐκβάλλομεν κ. τ. λ.* mente repetenda erit.

*ἅπαντα ταῦτα*] Sic codd. Vett. editt. *πάντα*, ut est in Par. E.

adhibetur, mirum est Heindorfium tam male habuisse, ut *οἳ ἂν πρ.* legendum coniecerit. Neque enim hic usus quidquam habet insolentiae, id quod satis docent exempla, quae collegit Fischerus ad Weller. T. III. P. I. p. 252. et p. 347., qui *οἱ ἄνθρωποι* in talibus intelligendum arbitratur. conf. ad p. 457. E.

B. *οἰόμενοι βέλτιον εἶναι*] id nobis utile esse putantes. v. ad Criton. p. 54. C. et ad Phaedon. p. 115. A. Mox D: *οἰόμενος ἄμεινον εἶναι αὐτῷ.*

Cap. XXIV. C. *ἁπλῶς οὕτως*] sic simpliciter, ita ut nihil aliud respiciamus. Quam explicationem firmant quae statim adiiciuntur: *ἀλλ', ἐὰν μὲν ὠφέλ. κ. τ. λ.*

*ἢ γάρ; ἀληθῆ σοι δ.*] Male Heindorfius post *ἢ γάρ* sustulit notam interrogandi. Mediae orationi *ἢ γάρ;* sic interpositum habes Phaedr. p. 266. E. Euthydem. p. 286. C. al.

D. *τυγχάνει δὲ ὂν κάκιον*] quum tamen malum sit. Mox *τί οὐκ ἀποκρίνει;* est: quidni pergis mihi respondere? Age, mihi porro responde. Nam aliter paullo aoristus in hac formula usurpatur, de qua re dictum est ad Sympos. p. 21. et ad Phaedon. p. 86. D. Protagor. p. 310. E: *τί οὐ βαδίζομεν;* Cratyl. p. 420.



λιμα ᾖ ταῦτα, βουλόμεθα πράττειν αὐτά, βλαβερὰ δὲ ὄντα οὐ βουλόμεθα. τὰ γὰρ ἀγαθὰ βουλόμεθα, ὡς φῂς σύ, τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακὰ οὐ βουλόμεθα, οὐδὲ τὰ κακά. ἢ γάρ; ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ Πῶλε, ἢ οὔ; Τί οὐκ ἀποκρίνει; ΠΩΛ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Οὐκοῦν D
εἴπερ ταῦτα ὁμολογοῦμεν, εἴ τις ἀποκτείνει τινὰ ἢ ἐκβάλλει ἐκ πόλεως ἢ ἀφαιρεῖται χρήματα, εἴτε τύραννος ὢν εἴτε ῥήτωρ, οἰόμενος ἄμεινον εἶναι αὐτῷ, τυγχάνει δὲ ὂν κάκιον, οὗτος δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ γάρ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἃ βούλεται, εἴπερ τυγχάνει ταῦτα κακὰ ὄντα; Τί οὐκ ἀποκρίνει; ΠΩΛ. Ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ βούλεται. ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος μέγα δύναται ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, εἴπερ ἐστὶ τὸ E
μέγα δύνασθαι ἀγαθόν τι κατὰ τὴν σὴν ὁμολογίαν;

C. *Τί οὐκ ἀποκρίνει;*] Prave haec videntur ex proximis huc invecta esse.

D. *εἴ τις ἀποκτείνει τινὰ*] Vett. editt. *ἢν τ. ἀποκτείνῃ τ.* Sed *ἢν* nullus codex, coniunctivum paucissimi tuentur. Nam etiam pro vulg. *ἐκβάλλῃ, ἀφαιρῆται* et *τυγχάνῃ* plerique omnes cum Clark. et Vat. indicativum suppeditarunt.

*ἄμεινον εἶναι αὐτῷ*] Sic optimi et plurimi libri. Vulgo erat *εἶναι αὐτῷ ἄμεινον*. Scripsimus autem *αὐτῷ* cum Hirschigio. conf. p. 468. B. *ἄμεινον εἶναι ἡμῖν.*

E. *ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*] Findeisen. et Buttmann. *ταύτῃ* abesse malebant, sed. v. ann. Mox pro *ἐν πόλει* Hirchig. *ἐν τῇ π.* coni.

B: *ἀλλὰ τί ἔτι οὐ λέγεις ὅ τι σκοπῶμεν;* Lysid. p. 211. D: *τί οὖν οὐκ ἐρωτᾷς;* Aristophan. Lysistrat. v. 1103: *τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην;* Polyb. XXI, 21. T. IV. p. 85: *ὁ δὲ τῶν Αἰτωλῶν Φαινέας, Τί οὖν ἡμῖν οὐκ ἀποδίδως, Φίλιππε, ἔφη, Λάρισσαν τὴν Κρεμαστήν; κ. τ. λ.* Fingendus autem Polus est responsionem iam cohibere, quippe qui verecundetur, ne laqueis dialecticis irretiatur.

E. *ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*] H. e. in urbe antea memorata, in qua talia fiant, *in der Stadt dort, von der früher gesprochen wurde.* Heindorfius, quoniam de Athenis cogitabat, quarum mentio hic inepta est, locum aliquid vitii traxisse putabat. At enim si Athenae intelligerentur, *ἐν τῇδε τῇ πόλει* scriptum esset, non *ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*. Verissime enim Boeckh. Not. crit. ad Pindar. p. 381. Athenienses, inquit, ubi Athenis sunt, urbem suam dicunt *τήνδε τὴν πόλιν:* ubi vero *ταύτην τὴν πόλιν* nominant, significatur urbs certa modo obiter memorata et ab aliis distinguenda aut opposita alii, quae si memorabitur, dicetur *ἐκείνη*. Cf. p. 469. E: *οὕτω μέγα ἐγὼ δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει.* P. 517. A. 521. C. Hipp. Mai. p. 282. B: *ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως.* Tim. p. 22. A: *οἱ τῇδε*, Athenienses.

ΠΩΛ. Οὐκ ἔστιν. ΣΩ. Ἀληθῆ ἄρα ἐγὼ ἔλεγον λέγων, ὅτι ἔστιν ἄνθρωπον ποιοῦντα ἐν πόλει ἃ δοκεῖ αὐτῷ μὴ μέγα δύνασθαι, μηδὲ ποιεῖν ἃ βούλεται. ΠΩΛ. Ὡς δὴ σύ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ τι δοκεῖ σοι ἐν τῇ πόλει μᾶλλον ἢ μή, οὐδὲ ζηλοῖς, ὅταν ἴδῃς τινὰ ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν αὐτῷ ἢ ἀφελόμενον χρήματα ἢ δήσαντα. ΣΩ. Δικαίως λέγεις, ἢ ἀδίκως;
469 ΠΩΛ. Ὁπότερ᾽ ἂν ποιῇ, οὐκ ἀμφοτέρως ζηλωτόν ἐστιν; ΣΩ. Εὐφήμει, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Τί δή; ΣΩ. Ὅτι οὐ χρὴ οὔτε τοὺς ἀζηλώτους ζηλοῦν οὔτε τοὺς ἀθλίους, ἀλλ᾽ ἐλεεῖν. ΠΩΛ. Τί δαί; οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν περὶ ὧν ἐγὼ λέγω τῶν ἀνθρώπων; ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΠΩΛ. Ὅςτις οὖν ἀποκτίννυσιν ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, δικαίως ἀποκτιννύς, ἄθλιος δοκεῖ σοι εἶναι καὶ ἐλεεινός; ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε, οὐδὲ μέντοι ζηλωτός. ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι ἄθλιον
B ἔφησθα εἶναι; ΣΩ. Τὸν ἀδίκως γε, ὦ ἑταῖρε, ἀποκτείναντα, καὶ ἐλεεινόν γε πρός· τὸν δὲ δικαίως ἀζήλωτον. ΠΩΛ. Ἦ που ὅ γε ἀποθνήσκων ἀδίκως ἐλεεινός τε καὶ ἄθλιός ἐστιν; ΣΩ. Ἧττον ἢ ὁ ἀποκτιννύς, ὦ Πῶλε, καὶ ἧττον ἢ ὁ δικαίως ἀποθνήσκων. ΠΩΛ. Πῶς δῆτα, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Οὕτως, ὡς μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Ἦ γὰρ τοῦτο μέγιστον; οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι μεῖζον; ΣΩ. Ἥκιστά γε. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα
βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; ΣΩ. Βουλοίμην C
μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ᾽ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα τυραννεῖν οὐκ ἂν δέξαιο; ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ τυραννεῖν γε λέγεις ὅπερ ἐγώ. ΠΩΛ. Ἀλλ᾽ ἔγωγε τοῦτο λέγω, ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο, ἀποκτιννύντι καὶ ἐκβάλλοντι καὶ πάντα πράττοντι κατὰ τὴν αὑτοῦ δόξαν.

Cap. XXV. ΣΩ. Ὦ μακάριε, ἐμοῦ δὴ λέγοντος τῷ



ἢ ἀφελόμενον χρήματα] V. ἀφελόντα. Illud cum Clark. et Vat. tuentur libri optimi quique, et iam Bas. 2. commendavit.

P. 469. Τί δαί; οὕτω σοι δ.] Sic Vat. et corr. Clark. cum Stob. Trincav. et Oxon. Ceteri libri Τί δέ; κ. τ. λ.

ἄθλιος δοκεῖ σοι εἶναι] εἶναι accessit ex Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. 7. Par. IVW. Flor. x. Aug. Meerm. Bodl. Stob.

B. ἐλ. γε πρός] Sic Par. I. Flor. x. Stob. et ed. Bas. 2. Vulgo δὲ pro γε legebatur. Hermann. δὲ tuetur, quia maior vis sit in δέ, praesertim γε iam antegresso. Sed δὲ πρός ita non solet usurpari. De καὶ — γε πρός v. interpret.

C. αὑτοῦ δόξαν] αὐτοῦ δ. Herm.

ὅτι ἔστιν ἄνθρ.] fieri posse, ut is, qui facit quae sibi videantur etc. Nam ita ἔστιν capiendum.

Ὡς δὴ σύ, ὦ Σ.] Voculae ὡς δή sic usurpantur cum irrisione, ut Lat. quasi vero, scilicet, nimirum. Infra p. 499. B: ὡς δὴ σὺ οἴει ἐμὲ — οὐχ ἡγεῖσθαι. Tim. p. 26. B: ὡς δή τι τὸ λεγόμενον τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον. Aeschyl. Agam. v. 1602: ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει, quasi vero tu (i. e. tu scilicet) mihi rex Argivorum futurus sis! Eurip. Phoen. v. 887. Androm. v. 234. Hel. v. 1044. Alcest. v. 537. 1044. al. cf. not. ad p. 499. B. — Ὁπότερ᾽ ἂν ποιῇ, utrumcunque faciat etc. Nam ὁπότερα dictum est ut alibi ἑκάτερα, ἀμφότερα, οὐδέτερα, al., de quibus v. ad Apolog. Socr. p. 22. E. Phaedon. p. 68. C.

P. 469. τοὺς ἀζηλώτους ζηλ.] Schol.: ἀζήλωτος γάρ ἐστιν ὅςτις ἔχει τι, ὃ μὴ εὐχόμεθα γενέσθαι ἡμῖν. ἄθλιος δὲ ὁ πάθεσιν ἀνηκέστοις ἐνισχόμενος.

B. καὶ ἐλεεινόν γε πρός] Hanc lectionem tuentur p. 513. B: καὶ — τῷ Πυριλάμπους γε πρός. Menon. p. 90. E: καὶ ἀμαθία γε πρός. Euthydem. p. 294. A: καὶ σύ γε πρός. De Republ. I. p. 328. A. VIII. 559. A., ubi v. annotat. Eurip. Phoeniss. v. 619: καὶ κατακτενῶ γε πρός. Med. v. 704: καὶ πρός γ᾽ ἐξελαύνομαι χθονός. Aeschyl. Prom. v. 73: ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός. Aristoph. Pac. v. 19: νὴ τὸν Δί᾽ ἐς κόρακάς γε, καὶ σαυτόν γε πρός.

Οὕτως, ὡς μέγιστον τῶν κ.] Eadem ratione, ut maximum malorum est iniuriam inferre.

C. τοῦτο λέγω, ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι —] De infinitivo ἐπεξηγήσεως χάριν pronomini subiecto v. ad Criton. p. 45. E. Phaedon. p. 64. C. Apolog. Socr. p. 18. A. De Rep. V. p. 472. E. Frustra Heindorfius τὸ ἐξεῖναι scribendum putabat. Infra p. 491. D: καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ᾽ ἐστί, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων, ubi Heindorfius rursus τὸ inserendum coniecit. Deinde αὐτῷ referas ad τινί, quod inest in inf. ἐξεῖναι. conf. p. 469. E: τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ, i. e. τὸ ποιεῖν τινα, ἃ δοκεῖ αὐτῷ. De Rep. VI. p. 503. D.

Cap. XXV. ἐμοῦ δὴ λέγοντος τῷ λόγῳ ἐπιλαβοῦ] Recte Routhius: Age, me sermocinantem sermone corripe. De verbo ἐπιλαμβάνεσθαι redarguendi et reprehendendi significatione usurpato v. Heindorf. ad h. l. et Fischerum Indic. ad Theophrast. Charact. s. h. v. — ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ, tempore eo, quod est inter mane et meridiem. cf. Zeun. ad Vig. p. 655. Interpretes saepe errarunt formulam reddentes medio die, quum tamen ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν et μέσον ἡμέρας diserte distinguantur. v. Wesseling. ad Herodot. II, 173. interpp. ad Athen. p. 270. D. — ὃν ἂν

D λόγῳ ἐπιλαβοῦ. εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ λαβὼν ὑπὸ μάλης ἐγχειρίδιον λέγοιμι πρὸς σέ, ὅτι Ὦ Πῶλε, ἐμοὶ δύναμίς τις καὶ τυραννὶς θαυμασία ἄρτι προσγέγονεν· ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξει οὗτος, ὃν ἂν δόξῃ· κἄν τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγέναι δεῖν, κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα, κἂν θοἰμάτιον διεσχίσθαι, διεσχισμένον ἔσται· οὕτω μέγα ἐγὼ
E δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει· εἰ οὖν ἀπιστοῦντί σοι δείξαιμι τὸ ἐγχειρίδιον, ἴσως ἂν εἴποις ἰδών, ὅτι Ὦ Σώκρατες, οὕτω μὲν πάντες ἂν μέγα δύναιντο, ἐπεὶ κἂν ἐμπρησθείη οἰκία τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥντιν' ἄν σοι δοκῇ, καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια καὶ τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα πάντα καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ ἴδια. ἀλλ' οὐκ ἄρα τοῦτ'

*τῷ λόγῳ ἐπιλαβοῦ*] Budaeus Commentar. Ling. Graec. p. 290. et Cornarius coni. *τῶν λόγων*, probante Heindorfio, sed v. annot. Par. V. *τοῦ λόγου* supra versum.

D. *τεθνήξει οὗτος*] Sic cum Clark. et Vat. codd. plerique omnes. Vett. editt. *τεθνήξεται*. v. interpp. Thomae Mag. in v. *τεθνήξεται*.

*τῆς κεφαλῆς αὐτῶν*] Par. E. rec. *τὴν κεφαλήν*. Pro *κατεαγέναι*,

*δόξῃ*, int. *τεθνάναι δεῖν*. De futuro *τεθνήξει*, quod in locum formae magis frequentatae *τεθνήξεται* substituimus, v. Matth. Gr. ampl. T. I. p. 465. et qui ibi laudantur. In cod. Paris. adscriptum: *ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ τεθνήξεται καινοπρεπῶς παρελήφθη*. Thierschius Gramm. p. 513. ed. III. *τεθνήξει* futuri primi, *τεθνήξεται* autem futuri tertii vim et significationem habere arbitratur. Quod discrimen si verum est, *τεθνήξεται* vel propter proxima ista, *κατεαγὼς ἔσται* et *διεσχισμένον ἔσται*, retinendum erit. Sed non putamus virum egregium verum vidisse, quandoquidem etiam *τεθνήξει* ea significatione usurpatur, ut sit: mortuus erit, h. e. statim interficietur. v. Dawes. Miscell. p. 96. et Elmslei. ad Aristoph. Acharn. v. 597., qui activam formam veteri dialecto Atticae vindicare studuit. Formulam *κατεαγέναι τῆς κεφαλῆς* illustravit Matth. §. 338. annot. De forma verbi v. eundem Grammat. amplior. T. I. p. 429. Vulgo enim perperam *κατεαγῆναι*.

E. *καὶ τριήρεις*] Desideres articulum ideoque cum Schaefero ad Apollon. Rhod. T. II. p. 164. scribendum putes *καὶ αἱ τριήρεις*. Addidit articulum etiam Coraes. Defectum tamen eius excusare conatus est Bernhardy Syntaxeos p. 318. Nimirum *τὰ νεώρια* et *τριήρεις* non ut diversa discernuntur, sed tamquam unum quiddam spectantur, quia in navalibus Athenarum stare triremes solebant. Xen. Hell. IV, 4, 19: *τὰς τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελκύσαντες*. Inde Plato Critia 117. D: *τὰ νεώρια*



ἔστι τὸ μέγα δύνασθαι, τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ δοκεῖ σοι; ΠΩΛ. Οὐ δῆτα οὕτω γε. ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν, 470
διότι μέμφει τὴν τοιαύτην δύναμιν; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δή; λέγε. ΠΩΛ. Ὅτι ἀναγκαῖον τὸν οὕτω πράττοντα ζημιοῦσθαί ἐστι. ΣΩ. Τὸ δὲ ζημιοῦσθαι οὐ κακόν; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθόν τε εἶναι, καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι· εἰ δὲ μή, κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι. Σκεψώμεθα δὲ B
καὶ τόδε. ἄλλο τι ἢ ὁμολογοῦμεν ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα, ἐνίοτε δὲ οὔ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τοῦτο μὲν δή,

quod debetur Vind. 6. Par. F. et Thomae Mag. in voc. *κατεαγῆναι*, vett. editt. *κατεαγῆναι*. v. Brunck. ad Aristoph. Acharn. v. 945.

E. *ἥντιν' ἄν σοι δοκῇ*] *δοκοῖ* Clark. *ἥντινά σοι δοκοῖ* Flor. x. Hoc cum Astio recepit Herm. conf. p. 480. C. ibique ann.

P. 470. B. *ἄλλο τι ἢ ὁμολ.*] *ἢ* vulgo additum omittunt Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIW. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. Bodl. Routhii. In Clark. est *ἀλλ' ὅτι ἤ*.

— *τριήρων μεστὰ ἦν*, al. Ab his vero discernuntur aliae naves, quarum statio non erat in navalibus. De Rep. p. 423. E: *τὴν τῶν γυναικῶν κτῆσιν καὶ γάμων*, non *τῶν γάμων*.

P. 470. *Τί δή; λέγε*] H. e. *διὰ τί δή;* usu pervulgato.

*Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μ. δ.*] Heindorfius invitis libris scripsit *ἀγαθόν τι εἶναι*, quo non opus esse verissime animadvertit Schleiermacherus, qui tamen locum non satis recte interpretatur sic: „*Also zeigt sich dir schon wieder das Mächtigsein nur da, wo, indem einer thut, was ihm bedünkt, auch diess damit verbunden ist, dass er es zu seinem Vortheil thut und dass es gut sei; und eben diess nun, wie es scheint, ist das Mächtigsein.*" Imo *τε* post *ἀγαθόν* positum est perinde ac si dein subiunctum legeretur *καὶ ὄντως εἶναι μέγα δύνασθαι*. Pro his vero per anacoluthiam infertur *καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι*. Verum Buttmannus pervidit. — *εἰ δὲ μή*, sc. *ἕπεται τὸ ὠφελίμως πράττειν*. Quod *εἰ* post *ἐάν* infertur, de eo v. annot. ad Phaedon. p. 93. B. Proxima Schleiermacherus putabat sic refingenda esse: *καὶ κακὸν σμικρὸν δύνασθαι*. Non assentior. Nam ita vereor, ne scribendum fuerit *καὶ κακὸν τὸ σμ. δύνασθαι* inserto articulo. Neque audiendus est Heindorfius, qui haec ita interpretatur: malum est etiam exigua potentia. Manifestum est enim *κακόν* opponi praecedenti *ἀγαθόν* atque *σμικρὸν δύνασθαι* contrarium esse *τοῦ μέγα δύνασθαι*. Itaque post *κακόν* intelligas *εἶναι* e superioribus. Plene enim haec

ὡς ἔοικε, καὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἐμοῦ ὁμολογεῖται. *ΠΩΛ.* Ναί. *ΣΩ.* Πότε οὖν σὺ φῂς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν; εἰπέ, τίνα ὅρον ὁρίζει. *ΠΩΛ.* Σὺ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες,
C ἀπόκριναι ταὐτὸ τοῦτο. *ΣΩ.* Ἐγὼ μὲν τοίνυν φημί, ὦ Πῶλε, εἴ σοι παρ' ἐμοῦ ἥδιόν ἐστιν ἀκούειν, ὅταν μὲν δικαίως τις ταῦτα ποιῇ, ἄμεινον εἶναι, ὅταν δὲ ἀδίκως, κάκιον.

Cap. XXVI. *ΠΩΛ.* Χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν, ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις; *ΣΩ.* Πολλὴν ἄρα ἐγὼ τῷ παιδὶ χάριν ἕξω, ἴσην

*Πότε οὖν σὺ φῂς ἄμ.*] Codd. *Πότερον οὖν*, exceptis Flor. a. s. Meerm. Aug. Sed unice vera est vulgata lectio, sicuti apparet ex praecedenti *ἐνίοτε μέν, ἐνίοτε δέ.*

poterant sic enuntiari: *εἰ δὲ μή, τὸ μέγα δύνασθαί σοι φαίνεται κακὸν εἶναι καὶ σμικρὸν δύνασθαι*, sin minus (utilitas inde capiatur), magnam potentiam esse malum et revera exiguam potentiam. Apparet enim posterioris quoque membri subiectum esse *τὸ μέγα δύνασθαι.*

B. *Σὺ μὲν οὖν — ἀπόκριναι ταὐτὸ τοῦτο*] H. e. Imo tu, Socrate, idem hoc, quod ex me quaeris, responde. Nihil caussae est, cur scribamus cum Heindorfio *ἀπόκριναι αὐτὸς τοῦτο*, quandoquidem notio pronominis *αὐτός* iam continetur illo *σύ*, quod sic in principio orationis collocatum *τόνωσιν* habet. Neque probamus quod ex coniectura edidit Coraes *ἀπόκριναι σαυτῷ τοῦτο.* Quod si Plato voluisset, scripsisset, opinor, *Αὐτὸς μὲν οὖν — ἀπόκριναι σ. τ.*

Cap. XXVI. C. *Χαλεπόν γε — λέγεις;*] Ad verba: *χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σ.*, verissime Scholiasta: *κατ' εἰρωνείαν τοῦτό φησιν, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον.* Et sic *γὲ* in ironia non infrequens. v. Maetzner. ad Lycurg. p. 302. Proxima Heindorfius citra interrogationem accipienda putabat cum Stephano, ne subito in serium verteret oratio. Sed ita offendit istud *κἂν*, quod foret plane absurdum. Unde vir doctus illud in *ἂν* mutatum volebat. Equidem interrogationem retinendam arbitror. Quod enim Polus ab irrisione repente transit ad seriam hanc reprehensionem, id egregie depingit hominem, qui est animo adeo commoto, ut acerbissima quaeque in Socratem effutire studeat. Non mutandum esse illud *κἂν* docent etiam illa p. 471. D., ubi Socrates ad haec respiciens: *καὶ νῦν ἄλλο τι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος, ᾧ με καὶ ἂν παῖς ἐξελέγξειε.*

D. *ἐχθὲς καὶ πρώην*] quae acciderunt nudius tertius, h. e. non ita pridem, nuperrime. Alibi legitur etiam *χθὲς καὶ πρώην* et *πρώην καὶ χθές.* v. Lobeck. ad Phrynich. p. 323. Illustrarunt formulae usum interpp. ad Aristoph. Rann. v. 738. Gataker. ad Anton. X, 7.

*Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον —*] „Archelaus, de cuius facinoribus hic fuse agitur, haud purum putum erat scelus sive, ut loquuntur, nulla virtute red-



δὲ καὶ σοί, ἐάν με ἐλέγξῃς καὶ ἀπαλλάξῃς φλυαρίας. ἀλλὰ μὴ κάμῃς φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν, ἀλλ' ἔλεγχε.
*ΠΩΛ.* Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες, οὐδέν γέ σε δεῖ παλαιοῖς D
πράγμασιν ἐλέγχειν· τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα ταῦτα ἱκανά σε ἐξελέγξαι ἐστὶ καὶ ἀποδεῖξαι, ὡς πολλοὶ ἀδικοῦντες ἄνθρωποι εὐδαίμονές εἰσι. *ΣΩ.* Τὰ ποῖα ταῦτα; *ΠΩΛ.* Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας; *ΣΩ.* Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε. *ΠΩΛ.* Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; *ΣΩ.* Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε· οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ

C. *ἐάν με ἐλέγξῃς*] Sic cum Clark. et Vat. libri plerique omnes. Vett. editt. *ἐξελέγξῃς.*

emptus. Regnum enim Macedonicum teste Thucyd. II, 100. ornatius atque potentius reddidit et litteras litteratosque homines tanto favore prosequutus est, ut multos viros ingenio atque doctrina insignes liberali hospitio exciperet, in quibus erat ipse Euripides. v. Aelian. V. H. II, 21. XIII, 14. (ibique Perizon.), Schol. Aristophan. in Rann. v. 85. et Suidas in v. *Εὐριπίδης.* Imo ab Athenaeo Platoni vitio datur, quod Archelaum hoc dialogo suggillaverit, quia Speusippo testante *φίλτατος* Plato huic regi erat, libr. XI, 15. p. 506. E. Socrates vero, quum Archelaus eum ad se vocaret, recusasse dicitur, ea gratia, ut mihi quidem videtur, quia vocatorem ipsum, ut ex Aelian. V. H. XIV, 17. constat, parvi haberet. Huic sententiae favent Laertii verba in Vit. Socr. II, 25.; alias caussas afferunt Aristot. Rhetor. II, 14. Seneca De Benef. V, 6. Antonin. De Se Ipso XI, 22., qui Perdiccae tamen nomen, non Archelai, habet. Tandem scelerum priorum dedit poenas, a cinaedo suo occisus. v. Plat. Alcib. sec. §. 5. Aristot. Polit. V. c. 10. p. 404. ed. Duval. Aelian. V. H. VIII, 9. Diodor. Sicul. XIV, 37. p. 671. ed. Wessel. (quem ibi vide disputantem), qui interfectum Archelaum narrat archonte Lachete, hoc est Olymp. 95. ann. 1., quo mortuus est etiam Socrates." ROUTH. Regnavit a. 413—399 ante Chr. n.

*Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε*] „Videtur irrideri Polus, qui magnifice cumque metaphora narrationem auspicatus est." ROUTH. De loquendi genere conf. Sophist. p. 254. C: *εἰ μὴ πάσῃ σαφηνείᾳ δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα.* Phaed. p. 91. B: *εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον κ. τ. λ.* Lachet. p. 183. A: *εἰ δ' ἐκείνους ἐλελήθει, ἀλλ' οὐ τούτους γε.* De Republ. V. p. 479. C. Menon. p. 84. A. Isocrat. p. 390. ed. Lang. Athenaeus I. p. 22. A. Xenoph. Cyrop. I, 3, 6.

*Οὐκ οἶδα, ὦ Π.*] „Haec usque ad voces *ἀλλὰ μὲν δή* p. 471. A. a Cicerone Tuscul. Disp. V, 12. latinitate donantur. Respiciuntur, ut notat ibi Davisius, a Plutarcho De Liberor. Educ. p. 6., si Plutarchi

E ἀνδρί. ΠΩΛ. Τί δέ; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ; ΣΩ. Μὰ Δί' οὐ δῆτα. ΠΩΛ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. ΣΩ. Καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ· οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. ΠΩΛ. Τί δέ; ἐν τούτῳ ἡ πᾶσα εὐδαιμονία ἐστίν; ΣΩ. Ὥς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε· τὸν μὲν γὰρ καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί
471 φημι, τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν ἄθλιον. ΠΩΛ. Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος κατὰ τὸν σὸν λόγον; ΣΩ. Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὲν δὴ πῶς οὐκ ἄδικος; ᾧ γε προςῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδέν, ἣν νῦν ἔχει, ὄντι ἐκ γυναικός, ἣ ἦν δούλη Ἀλκέτου, τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ, καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος

E. *Τί δέ; συγγενόμ.*] *δέ* Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. aliique non pauci. Sed Bekk. et Turr. *δαί*. Mox Par. I. *Τί δαί; ἐν τ.*
τὸ ἀδικεῖν, τὸ πλέον τῶν ἄλλων ζητεῖν ἔχειν· ἀγαπῶσι
γάρ, οἶμαι, αὐτοὶ ἂν τὸ ἴσον ἔχωσι φαυλότεροι ὄντες.
Cap. XXXIX. διὰ ταῦτα δὴ νόμῳ μὲν τοῦτο ἄδι-
κον καὶ αἰσχρὸν λέγεται, τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν πολ-
λῶν, καὶ ἀδικεῖν αὐτὸ καλοῦσιν· ἡ δέ γε, οἶμαι, φύσις
αὐτὴ ἀποφαίνει αὐτό, ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸν ἀμείνω τοῦ D
χείρονος πλέον ἔχειν καὶ τὸν δυνατώτερον τοῦ ἀδυνα-
τωτέρου. δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ ὅτι οὕτως ἔχει, καὶ

*οἶμαι* sic inter articulum et nomen interiectum bene tuetur Heindorfius comparatis locis De Rep. VIII. p. 564. A. et Demosth. Lept. §. 4., ubi *οἶμαι* inter praepositionem et nomen interiectum. De articulo conf. Demosth. adv. Conon. p. 1268. 27. ed. R.: *οἱ γάρ, οἶμαι, βέλτιστοι καὶ ἥκιστα κ. τ. λ.*, coll. Schaefer. Appar. T. V. p. 96. Adde De Rep. VIII. p. 568. C. Scilicet Graecos constat parenthesin arctius, quam nos solemus, cum primaria enuntiati parte coniunxisse et cum ea velut in unum confudisse. Tenui tamen interpunctionem perspicuitatis caussa.

D. *ἀποφαίνει αὐτό*] Sic Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 2. 6. Par. BCEFW. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. x. Vulg. *ἀποφαίνοι ἄν*. Bekkerus et Turr. ex Par. V. dederunt *ἀποφαίνει αὖ*.

in libera republica viventibus, qualis fuit civitas Atheniensis, verbum medium usurpatur; secus res se habet, ubi sermo est de tyrannis, qui civibus imperant quae fieri cupiunt, ipsi autem legibus non obstringuntur. — *τοὺς ἐπαίνους* et *τοὺς ψόγους* articulo adiecto dicit laudes et vituperationes, quibus uti consueverunt. vid. Matthiae. Gr. §. 267. Krueger. Gr. §. 46, 5, 1.

C. *ἀγαπῶσι γάρ, οἶμαι*] nam contenti sunt, ut Men. p. 75. C. De Republ. I. p. 330. B. III. p. 399. C. V. p. 450. A. Tim. p. 29. C. p. 30. B. al.

Cap. XXXIX. D. *ἀποφαίνει αὐτό, ὅτι δ.*] Vulgata lectio *ἀποφαίνοι ἄν* rem lenius ac modestius significat, quam pro Calliclis superbia et confidentia. Codd. plurimi *ἀποφαίνει αὐτό*, quod recipiendum putavimus, quamquam non displicet quod Bekkerus ex uno cod. V. recepit *ἀποφαίνει αὖ*. Nam difficilior illa lectio facile potuit in peius mutari, altera non item. Quippe *αὐτό* referendum est ad *τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν ἄλλων*. Quum autem sufficeret addidisse *ὅτι δίκαιόν ἐστι*, Callicles dicendi fervore abreptus, neglectis verbis praecedentibus, adiecit etiam haec: *τὸν ἀμείνω τοῦ χείρονος κ. τ. λ.*

*δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ*] H. e. manifestum est autem hoc, *δῆλα δὲ ταῦτά ἐστι πολλαχοῦ*. Herodot. IX, 68: *δηλοῖ τε ἐμοί, ὅτι πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἤρτηντο ἐκ Περσέων*. Id. II, 117: *κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα — δηλοῖ* (patet), *ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστιν*, ubi Valcken. frustra *δῆλον* corrigebat. Plat. De Republ. VI. p. 497. C: *τότε*

ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς γένεσιν, ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν. ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστρά-
E τευσεν, ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. ἀλλ', οἶμαι, οὗτοι κατὰ φύσιν [τὴν τοῦ δικαίου] ταῦτα πράττουσι, καὶ ναὶ μὰ Δία κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως, οὐ μέντοι ἴσως κατὰ

E. *αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας*] *ἐπὶ τοὺς Σκ.* vett. editt. invitis codd. mss. praeter Par. E. fere omnibus.

*τὴν τοῦ δικαίου*] Haec verba merito ab Schleiermachero in glossematis suspicionem vocata defendunt Astius, Daehnius p. 12. et Hermann., nam quaestionem: *ποίῳ δικαίῳ;* non significare Xerxem iniuria Graecos aggressum esse, sed quaeri, utrum *νόμου* an *φύσεως δικαίῳ*, cui ipsi respondeant verba *κατὰ φύσιν τοῦ δικαίου*.

*τιθέμεθα· πλάττοντες τοὺς βελτ.*] Haec vulgo sic scripta legebantur: *τιθέμεθα, πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐῤῥωμενεστά-*

*δηλώσει* (patebit), *ὅτι τοῦτο μέν τι τῷ ὄντι θεῖον ἦν*, ubi male Ficinus reddidit: declarabit. Epistol. Socrat. 3: *οὔπω δ' ἐστὶ φανερά· οἶμαι μέντοι οὐ πολλοῦ αὐτὰ δηλώσειν χρόνου.* Sic intelligo Herodot. III, 82: *καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε, ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον.* Itaque non est quod cum Heindorfio intelligas *ἡ φύσις*. Mox animadvertes haec: *ὅτι οὕτως ἔχει*, accuratius declarari verbis: *ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται κ. τ. λ.*

E. *ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι —*] Male Stephanus corrigebat *ἢ ἄλλα μυρία ἃ ἄν τις ἔχοι.* v. ad Apolog. Socr. p. 41. B. Phaedon. p. 94. B. Matth. Gr. ampl. §. 474. d. Mox verba *τὴν τοῦ δικαίου* glossema inepti interpolatoris redolere acute vidit Schleiermacherus. Etenim *ἡ φύσις τοῦ δικαίου* huc prorsus non pertinet, commemorari potius debebat *τὸ τῆς φύσεως δίκαιον*, ut p. 484. A., aut dici *κατὰ φύσιν δικαίως ταῦτα πρ.* Nam sententia haec est: illud ius, quod est ab hominibus constitutum, *τὸ κατὰ νόμον*, isti homines utique vehementer laeserunt, at vero secundum naturam illi egerunt atque ex lege naturae. Hinc seqq. *κατὰ νόμον γε τῆς φύσεως* tantummodo *νόμον* et *φύσιν* inter se opponi ostendunt. Itaque fallitur qui *τὴν τοῦ δικαίου φύσιν* interpretatur naturam iuris, de qua ne cogitari quidem potest, quum tota hac disputatione *τὸ κατὰ νόμον* et *τὸ κατὰ φύσιν* inter se opponantur neque *ἡ τοῦ δικαίου φύσις* usquam commemoretur. Nec vero ulla in hac oppositione inest obscuritas, quum ipsa res iam antea declarata sit p. 482. E. seqq. — De formula *καὶ νὴ μὰ Δία* (sic enim corrigendum) v. Fritsch. Quaestt. Luciann. p. 155 seq. Addimus Aristoph. Avv. v. 577. 1144. Rann. v. 861. ed. Dind. infra p. 527. D.

*ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα· πλαττ.*] Nihil in his loco movendum, dummodo colon post *τιθέμεθα* inferatur et *καὶ* post *ὥςπερ λέοντας* cum codd. mss. optimis et plurimis eiiciatur. Ita enim



τοῦτον, ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα· πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐῤῥωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥςπερ λέοντας κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες, καταδουλούμεθα λέγοντες, ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό 484
ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. ἐὰν δέ γε, οἶμαι, φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαῤῥήξας καὶ διαφυγών, καταπατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδὰς καὶ νόμους

*τους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥςπερ λέοντας καὶ κατεπᾴδοντές τε κ. τ. λ.* Quae quam inepte et contorte dicantur, nemo erit quin protenus sentiat. Delevi *καὶ* post *λέοντας*, quod fere soli Par. EF. tuentur, et emendavi interpunctionem. Herm. *τιθέμεθα* circumscripsit.

P. 484. *διαφυγών, καταπατήσας*] V. *διαφυγὼν καὶ καταπατήσας.* Eieci *καὶ* cum Clark. Vat. Coisl. Par. BCEFIW. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. De hac participiorum cumulatione modo infra in enarratione dictum.

verba inde a *πλάττοντες* insequentia praegressis: *ὃν (νόμον) ἡμεῖς τιθέμεθα*, epexegeseos instar subiecta sunt, in quibus complurium participiorum concursio neminem morabitur, qui respexerit ann. ad p. 464. C. Phaedon. p. 70. A. al. Sententia haec est: nec tamen secundum istam legem, quam nos nostro sancimus arbitrio: dum enim optimos et validissimos nostrum ipsorum a pueris acceptos et quasi leones incantamentis et praestigiis delenitos formamus (educamus et instituimus), redigimus eos in servitutem, dicentes aequum (*τὸ ἴσον*) esse illud, quod honestum atque iustum sit. Verbum *πλάττειν* apte nunc de adolescentibus disciplina et institutione formandis dictum significatione impropria. De Rep. II. p. 377. C: *πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς ψυχαῖς.* De Rep. VI. p. 500. D: *καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν πλάττειν.* Legg. II. p. 671. E: *παιδεύειν τε καὶ πλάττειν.* Prave Heindorfius iunxit *τιθέμεθα πλάττοντες* (sc. *τὸν νόμον*), quod accepit pro *ὃν τιθέμενοι πλάττομεν.* Alio modo locum nuper pervertit C. Fr. Hermann., qui *τιθέμεθα* arbitrio suo eiecit, quo scilicet sermonis structura expedita haberetur. Atqui ea profecto satis expedita est, dummodo fuerit satis perspecta. Post *λέοντας* Heusdius inserendum putabat *δέοντες*, tamquam leones vincientes. Quo non opus. De vi et natura iustitiae in aequalitate reposita conf. infra p. 508. 8.

P. 484. *ἱκανὴν γ. ἔχων ἀνήρ*] Eodem modo *ἀνήρ* usurpatur Politic. p. 259. A: *βασιλεύοντι χώρας ἀνδρί.* Sympos. c. 16: *ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα.* Xenoph. Hier. VIII, 5: *ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἐκ θεῶν τιμή τις καὶ χάρις συμπαρέπεσθαι ἀνδρὶ ἄρχοντι*, al. Proxima fortasse dicta sunt ad imitationem Homer. Iliad. VI. v. 506 seq.: *ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων κ. τ. λ.* Certe

τοὺς παρὰ φύσιν ἅπαντας, ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπό-
της ἡμέτερος ὁ δοῦλος, καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψε τὸ τῆς
B φύσεως δίκαιον. δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ
λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾄσματι, ἐν ᾧ λέγει, ὅτι Νό-
μος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθα-
νάτων· οὗτος δὲ δή, φησίν, ἄγει δικαιῶν τὸ βι-
αιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔρ-
γοισιν Ἡρακλέος, ἐπεὶ ἀπριάτας — λέγει οὕτω
πως, τὸ γὰρ ᾆσμα οὐκ ἐπίσταμαι. λέγει δ', ὅτι οὔτε

*δεσπότης ἡμέτερος*] *ὑμέτερος* Steph. praeter codicum auctoritatem.

B. *ἄγει δικαιῶν*] V. *βιαίως τὸ δικαιότατον.* Sed *βιαίων* Clark. Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCF. Flor. a. b. c. d. m. o. x. *βιαιῶν* Ven. Ξ. Plerumque hi versus sic afferuntur, ut *ἄγει δικαιῶν* scribatur. Et habet Par. V. in marg. *δικαιῶν τὸ βιαιότατον.* Hinc reposuimus quod unice verum videtur. Pro *Ἡρακλέος*, quod plurimi codd. habent, vett. editt. *Ἡρακλέους.* Pro vulg. *χειρί* Par. V. *χερί.* Sed v. Boeckh. ad Pind. T. III. p. 642. Bergk. Poet. lyr. p. 263.

metaphora ab equo ferociente repetita est. Quod intelligitur etiam ex usu verbi *ἀποσείσασθαι*, hoc in genere satis frequentati. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 18: *ὁ ἵππος σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον.* Herodot. VII, 88: *ὁ ἵππος στὰς ὀρθὸς ἀπεσείσατο τὸν Φαρνούχεα.* IX, 22: *ἵσταται ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται.* Deinde *γράμματα* non de psephismatis intelligenda sunt, quod voluit Heindorfius, sed omnino de formulis, in quarum numero sunt psephismata, ut vere monuit Schaeferus ad Demosth. Apparat. T. IV. p. 260. — *μαγγανεύματα* sunt praestigiae, ut Legg. X. p. 908. D. XI. p. 933. al. v. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 310. — *ἐπαναστὰς ἀνεφάνη — ἐξέλαμψε.* De hoc usu aoristi v. ad Phaedon. p. 73. D. c. XVIII.

B. *καὶ Πίνδαρος*] Respicitur ad Pindari fragmentum, quod legitur p. 76. T. III. ed. Heyn. p. 640. T. II. P. II. ed. Boeckh. Reposui autem *δικαιῶν τὸ βιαιότατον*, quod habet cod. Bekker. V. in marg. adscriptum. Ipse Plato Legg. p. 714. E: *καὶ ἔφαμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον*, quod certe magis poetice dictum quam vulgatum illud: *ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον.* Quum vero Callicles doceat ex naturae lege fortiorem ius constituere, et quum apud ipsum Platonem Legg. III. p. 690. B. IV. p. 714. D. Protagor. p. 337. D., ubi Pindari haec sententia vel laudatur vel respicitur, *κατὰ φύσιν* addatur, probabile est quod coniecit Boeckhius in Min. et Legg. p. 178., etiam hoc loco scribendum esse: *οὗτος δὲ δή, φησί, κατὰ φύσιν ἄγει*, nec veri quid vidit de Geer. Diatrib. de Politic. Platon. p. 22., qui hoc additamento opus esse negavit. Quod autem scholiastes Pindari pleniorem praebens locum illud *κατὰ φύσιν* reticet, acute inde collegit Boeckhius ad Pindar. Fragm. p. 642. id non ante verbum *ἄγει* lectum esse, sed ante vocem *νόμος*, fortasse etiam aliis nonnullis vocabulis interpositis. Quae si vera sunt, quo loco hic aliquid exciderit, ambigi etiam magis poterit. In codd. enim ne levissimum quidem apparet deperditi alicuius vocabuli vestigium, neque Olympiodorus quidquam habuisse videtur, quod in nostris libris non conservatum sit. Fieri tamen potest, ut Callicles Pindari versus non sine mutatione afferens post *φησί* interposuerit *φύσει*, quod propter litterarum similitudinem facile potuit ab librariis negligi. Sed utut est, illud quidem certum arbitramur, Calliclem locum Pindaricum in rem suam accommodantem legem naturae intelligi velle atque potissimum extrema haec *ἐπεὶ ἀπριάτας* urgere atque diligentius in suam sententiam interpretari. Sensum verborum Boeckhius ita explicavit: „Fatalis lex etiam vim maximam affert eamque iustam efficit, quum humana ratione sit iniusta, quia quod summa lex imperavit, etsi iniustum nobis esse videatur, iustum sit necesse est." De Geryonis bovibus ab Hercule raptis v. Hesiod. Theog. v. 289. et 982. Virgil. Aen. VII. v. 662. et VIII. v. 201. — Post *ἐπεὶ ἀπριάτας* finge Calliclem haesitasse nec statim in mentem revocare potuisse ea, quae recitare vellet. — *οὐκ ἐπίσταμαι*, non teneo memoria, ut Phaedon. p. 61. B: *οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου.* Protag. 339. B: *τοῦτο ἐπίστασαι τὸ ᾆσμα;*

*ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου*] Referendum est *τούτου* ad proxima verba *καὶ βοῦς καὶ τἆλλα κτήματα εἶναι κ. τ. λ.* His enim uberius explicatur.

Cap. XL. C. *φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν — χαρίεν*] Exspectes *χαρίεν τι.* Sed non opus. v. ad Sympos. p. 27 seq. Lucian. Dial. Mort. XXII, 5. Mox *ἡλικία* de aetate iuvenili intelligas, ut in formula *εἰς ἡλικίαν ἥκειν*, de qua v. Heindorf. ad Charmid. §. 3. Itaque *πόῤῥω τῆς ἡλικίας* est ultra iuventutem. P. 485. A: *καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν.* De sententia v. De Republ. VI. p. 487. D.



πριάμενος οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς,
ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ βοῦς καὶ τἆλλα C
κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος
τὰ τῶν χειρόνων τε καὶ ἡττόνων. Cap. XL. τὸ μὲν
οὖν ἀληθὲς οὕτως ἔχει, γνώσει δέ, ἂν ἐπὶ τὰ
μείζω ἔλθῃς ἐάσας ἤδη φιλοσοφίαν. φιλοσοφία γάρ
τοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως
ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέον-
τος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ

καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ,
D ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρὴ ἔμ-
πειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον
ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται
τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον
ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἰδίᾳ
καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν
ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπει-
ροι γίγνονται. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ
E πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται, ὥςπερ γε,
οἶμαι, οἱ πολιτικοί, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατρι-
βὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. συμ-

E. *τυγχάνῃ βέλτ.*] Steph. Heind. Bekker. Ast. Herm. al. *τυγχάνει*, quod habet unus Flor. x., sed v. explic. Ex Clark. Gaisford. diserte testatus est coniunctivum.

D. *οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν*] Ordo verborum hic est: *οἷς δεῖ χρώμενον ἐν τοῖς συμβολαίοις καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ὁμιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις*. Dictum vero *χρώμενον ὁμιλεῖν* pro *ὁμιλοῦντα χρῆσθαι*, quemadmodum paullo post *διαλέγεσθαι ψελλιζόμενον* pro *διαλεγόμενον ψελλίζεσθαι*, illo more loquendi, quem attigimus ad p. 483. E. cf. Matthiae. Gr. ampl. T. II. p. 1097 seq. — *συμβόλαιον* est pactum cuiuscunque generis, *der Vertrag*, ut *συμβάλλειν* s. *συμβάλλεσθαι* dicitur pactum inire. v. Pollux On. VIII. 140. Scholiastes: *συμβόλαια παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αἱ ἀσφάλειαι καὶ συγγραφαὶ καὶ συνθῆκαι πόλεων, καθ' ἃς τὸ δίκαιον ἀλλήλαις ἔνεμον.*

*συλλ. τῶν ἠθῶν*] Male schol. *τῶν ἐν ἔθει κειμένων*. Nam *ἦθος* significat interiorem hominis indolem atque naturam ideoque ingenium, quatenus est caussa et principium universae vivendi rationis. Latini non habent vocabulum, quo vim Graecae dictionis commode exprimant. v. Quintil. VI, 3. Proximis verbis carpit sophista oblique Socratem, qui supra p. 474. A: *γέλωτα παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν*.

E. *εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς — καὶ τοὺς λόγους*] Apolog. Socrat. p. 37. D: *ὅτι ὑμεῖς — οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ τοὺς λόγους*.

*τὸ τοῦ Εὐριπίδου*] Versus ex Antiopa Euripidis repetiti, quos Zethus ad fratrem Amphiona dicebat; id quod constat e schol. et Olympiodor. ad h. l. Valcken. Diatrib. p. 70. eos sic constituit: — *ἐν τούτῳ γέ τοι | Λαμπρός θ' ἕκαστος, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται, | Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, | Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν*, vel — *ἐν τούτῳ γε πᾶς | Λαμπρός τίς ἐστι κ. τ. λ.*, verba *ὅπου δ' ἂν φαῦλος — ἐπαινεῖ* ab ipso Platone adiecta putans.— Dictionem *πολύ, πλέον, πλεῖστόν τινι νέμειν*, multum, plus,



βαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου· λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος
ἐν τούτῳ,

κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει καὶ λοιδορεῖ 485
τοῦτο, τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ, εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἡγού-
μενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρ-
θότατόν ἐστιν ἀμφοτέρων μετασχεῖν. φιλοσοφίας μέν,
ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν
μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος
ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ, καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες,

P. 485. *λοιδορεῖ τοῦτο*] V. *τούτῳ*, quod ex codd. optimis et longe plurimis emendatum.

*ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ*] Soloece vulgo *φιλοσοφεῖ*, quod emendatum ex Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. aliis multis.

plurimum alicui tribuere, illustravit Valckenar. l. c. et ad Hippolyt. p. 306. — Pro *τυγχάνῃ*, quod habent codd. omnes praeter unum Flor., Stephanus, Valckenarius, Heindorfius, Buttmannus ad Alcibiad. II. p. 146. A. *τυγχάνει* correxerunt, quia *ἵνα* non sit particula finalis, sed pro *ὅπου* positum. Et hoc quidem verum, sed quod inde concluserunt indicativum esse reducendum, id iudicatum est paullo inconsideratius. Satis enim constat poetas epicos et tragicos *ὅς, ὅστις, ὅπου, ἵνα* (ubi), *ἕως, πρίν* cum solo coniunctivo construxisse, ubi prosae orationis usus *ἂν* additum poscit. v. Porson. ad Med. v. 222. ad Orest. v. 141. et quos laudavi ad Phaedon. cap. VI. Quocirca *ἵνα τυγχάνῃ* idem est quod *ὅπου ἂν τυγχάνῃ*. Veram esse hanc interpretationem satis testantur quae ipse Plato addidit: *ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ*. — Genitivus *αὑτοῦ* cohaeret cum *βέλτιστος*, ut sententia haec sit: in quo se maxime excellere senserit. Genus loquendi explicavit Matth. §. 460.

P. 485. *καὶ λοιδορεῖ τοῦτο*] Referas *τοῦτο* ad *ὅπου ἂν φ. ᾖ*. Nam *ὅπου* idem est quod *ἐν ᾧ* vel *περὶ ὅ*. Quod vulgo legebatur *τούτῳ*, id linguae legibus adversatur. Nam verissime schol. ad Aristoph. Plut. v. 456: *τὸ λοιδοροῦμαι παθητικῶς δοτικῇ συντάσσεται, ἐνεργητικῶς δὲ αἰτιατικῇ*, ubi v. interpp. Conf. Matth. §. 384. 2.

*ὅσον παιδείας χάριν*] *so viel zur allgemeinen Bildung gehört*. Protag. p. 312. B: *τούτων γὰρ σὺ ἑκάστην οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος, ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ, ὡς τὸν ἰδιώτην καὶ τὸν ἐλεύθερον πρέπει*. Theaetet. p. 145. A: *ζωγραφικός, γεωμετρικός, ἀστρονομικός, λογιστικός, καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται*. Sententiam illustrat locus De Rep. VI. p. 487. C. D. Totum qui sequitur locum tractat Gellius N. A. X, 22. Frustra Heusdius corr. *ὅσον παιδιᾶς χάριν*. Cf. ad p. 487. B.

B τὸ χρῆμα γίγνεται, καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς
τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥςπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους
καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, ᾧ ἔτι
προςήκει διαλέγεσθαι οὕτω, ψελλιζόμενον καὶ παῖζον,
χαίρω τε καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ
πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγο-
μένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα
εἶναι καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές
C τι εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου ἢ
παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον καὶ
πληγῶν ἄξιον. ταὐτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς
τοὺς φιλοσοφοῦντας. παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν
φιλοσοφίαν ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι

B. *ᾧ ἔτι προςήκει διαλ. οὕτω*] Temere haec nonnemo nuper suspectavit.

E. *ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν*] Pro *ἱκανὸν*

Mox *τὸ χρῆμα* est res, quatenus tractatur. Dictum est autem cum contemtione, ut saepe. v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. in voc.

B. *ὥςπερ πρὸς τοὺς ψελλ. καὶ παίζοντας*] Ne quis *ὅπερ* cum Findeisenio scribendum putet, similia notavimus ad Phaedon. p. 86. A. Isocrat. Encom. Helen. §. 6: *νῦν δὲ παραπλήσιον ποιοῦσιν, ὥςπερ ἂν εἴ τις προςποιοῖτο κ. τ. λ.* — *παίζειν* h. l. est puerorum more ludere. Schleiermacherus verbum corruptum esse suspicatur. Mihi satis firmari videtur iis, quae mox dicuntur: *ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου ἢ παίζοντα ὁρᾷ.* Deinde Heindorfius legendum censet *ᾧ ἔτι προςήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παίζειν.* Et scriptum exstat *παίζειν* in Flor. d. Quid quod cod. Bekkeri V. a prima manu etiam *ψελλιζομένῳ* exhibet? Itaque si quid mutandum, equidem corrigam: *ᾧ ἔτι προςήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζομένῳ καὶ παίζειν.* Quamquam accusativi ad *ἴδω* possunt referri, ut scriptor minus accurate loquutus sit. Hirschig. istud *ᾧ ἔτι — διαλ. οὕτω* deleri vult.

C. *ψελλιζομένου — καταγέλαστον*] Horat. Sat. II, 3, 274: Quid? quum balba feris annoso verba palato, Aedificante casas quî sanior? ubi eandem habes sententiam. Mox ad *νέῳ μειρακίῳ* conf. Legg. X. p. 887. D: *οὓς ἐκ νέων παίδων ἤκουον.* Ibid. Libr. II. p. 658. D: *αἵ τε πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν καὶ τὰ νέα μειράκια.* Qui hoc loco *νέῳ* deletum ivit, quoniam non reputavit, quam late pateat aetas *τοῦ μειρακίου*, satis ruit turpiter.

D. *ὑπάρχει τούτῳ — ἀνάνδρῳ γενέσθαι*] Phaed. p. 81. A: *ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι,* ubi v. annot.

*ἔφη ὁ ποιητής*] Intelligitur Homerus, quem constat simpliciter *τὸν ποιητὴν* nominari solere. Respicitur ad Iliad. IX. v. 441: *οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι.*

*καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν β. β.*] Similiter de Republ. IX. p. 579. B: *καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ.* De sententia conf. Epictet. Dissert. I, 29. p. 161: *οὐ θέλεις τὰ μὲν λογάρια τὰ περὶ τούτων ἄλλοις ἀφεῖναι, ταλαιπώροις ἀνθρωπαρίοις, ἵν' ἐν γωνίᾳ καθεζόμενοι μισθάρια λαμβάνωσι.* Id. II, 13. p. 240: *εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο, καὶ πλέκε συλλογισμούς, καὶ ἄλλῳ πρότεινε.* Plutarch. De Philosophando c. Principibus p. 777. B: *τὰ μέσα τῶν πόλεων ἀποδιδράσκειν βουλόμενος, ἐν γωνίᾳ τινὶ καθ' ἡσυχίαν ἀναλύων συλλογισμοὺς καὶ περὶ ἐλέγχων φιλοσοφῶν.* Damascius apud Suid. s. v. *Οὐλπιανός* et apud Photium p. 1072: *τοιγαροῦν οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγιοι καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης ἐκβαίνειν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι ἀσχημονοῦσιν· ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν.* Quae congessit Wyttenbach. Biblioth. crit. T. XII. p. 7 seq. Addimus locum Libanii Apolog. Socrat. T. III. p. 13. emendatum a Iacobsio in Additament. animadv. in Athen. p. 53. et Actis philolog. Mon. Tom. II. Fasc. III. p. 445: *καὶ γὰρ οὐ τῷ γε ἔσται ἀναχωρεῖν σοι, ὅτι ἄρα οὗτος καταδὺς εἰς γωνίαν καὶ θύρας ἐπιθεὶς — ὕστερον δὲ εἰς φῶς ἐλθεῖν συνέβη κ. τ. λ.* Themist. Orat. I. p. 36. et Orat. XXII. p. 324. ed. Dind. Ciceron. De Orat. I, 13, 57. Conf. Gellius N. A. X, 22., qui de hoc loco copiose disserit, et Iacobs. Nott. crit. ad Antholog. p. 896. Deinde Heindorfius pro *ἱκανὸν* scribendum censet *νεανικόν*, magnificum. Coraes mavult *καλόν*. Sed verum *ἱκανόν*, quod alicui satisfaciat. Post *μη-*



ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ
φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώ-
σοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος·
ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ D
ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώ-
κρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει
τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γε-
νέσθαι φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς,
ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι,
καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων
ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ E
καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Cap. XLI.
ἐγὼ δέ, ὦ Σώκρατες, πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω φι-

Heindorf. mavult *νεανικόν*, ut edidit Herm. Post *μηδέποτε* Heusdius inferendum censet *μηδέν*. Neutrum opus; v. ann.

*ἐπιεικῶς ἔχω φιλικῶς*] V. *ἔχω καὶ φιλικῶς* praeter codd. fidem.

λικῶς. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος
πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην.
καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ᾽ ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν,
οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ
Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς
ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις
486 μορφώματι, καὶ οὔτ᾽ ἂν δίκης βουλαῖσι προς-
θεῖ᾽ ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ᾽ εἰκὸς ἂν καὶ πιθα-
νὸν λάβοις, οὔθ᾽ ὑπὲρ ἄλλου νεανικὸν βού-

πρoσθεῖ᾽ ἂν ὀρθῶς] προσθεῖ᾽ ἂν Herm. ex Clark. Coisl. Par. ABCFIW. et pr. E. Vulgo προθεῖ᾽ ἄν, quod per se spernendum non est.

P. 486. οὔτ᾽ εἰκὸς ἂν καὶ π.] ἂν post εἰκὸς addunt Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. alii multi. Plurimi tamen voculam etiam post πιθανὸν addunt, ubi vulgo legebatur. Omittunt eam secundo

δέποτε Heusdius μηδὲν excidisse suspicabatur. At vere monuit Boeckhius in Min. et Legg. p. 112. saepius ita τὶ et μηδέν omitti. Legg. p. 642. A: ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσις οὐκ ἂν δύναιτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητός ποτε σαφὲς οὐδ᾽ ἱκανὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀπολαβεῖν. Infra p. 493. C: ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν, sc. οὐδέν. De Rep. I. p. 337. E. V. p. 464. D. Phaedr. p. 241. E. Legg. V. p. 736. D., ubi οὐδέν recte omittunt codd. mss. Sympos. p. 183. D.

Cap. XLI. E. ἐμοὶ τοιαῦτ᾽ ἄττα ἐπέρχεται] in mentem venit. Sympos. p. 197. C: ἐπέρχεταί δέ μοί τι καὶ ἔμμετρον εἰπεῖν. Fecit poeta in Antiope fabula fratres inter se de studiorum ratione altercantes. Zethus enim, rei pecuariae deditus, fratri musicae amorem exprobrabat. Versus Euripidis Valckenar. Diatrib. p. 75. hos ex hoc loco eruit: Ἄμφιον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ | Αἰσχρῶς τε, ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις, | Γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι. Aliter Pierson. Praefat. ad Moer. p. XLII. Sententia verborum haec est: indolem animi tam ingenuam puerili quodam ornare studes decore. Pro διαπρέπεις, quod agnoscit etiam Philostr. Vit. Apoll. IV, 21. p. 160. et Thom. Mag. s. v. διαπρέπω, Grotius Excerpt. e Trag. et Com. p. 373. διατρέπεις, Piersonus autem l. c. φθείρεις vel διαφθείρεις corrigit. Neque Heindorfio verbum vitio carere visum est, qui illud usquam activo sensu usurpari negavit. In quo postremo sane verum perspexit. Nec tamen inde consequitur quod voluit, quum διαπρέπεις ne hic quidem active accipiendum sit. Est enim sententia haec: Et ad indolem animi adeo generosam puerili conspicuus es decore. In quo quod dicitur διαπρέπεις, insignis es, emines, id non in bonam partem intelligi ex addito μειρακιώδει facile intelligitur. Itaque nihil mutandum.



λευμα βουλεύσαιο, καίτοι, ὦ φίλε Σώκρατες —
καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ — οὐκ
αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ σὲ οἶμαι
ἔχειν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόῤῥω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύ-
νοντας; νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος ἢ ἄλλου ὁτου-
οῦν τῶν τοιούτων εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, φά-
σκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ᾽ ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις B
ὅ τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ᾽ ἰλιγγιῴης ἂν καὶ χασμῷο οὐκ
ἔχων ὅ τι εἴποις, καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβάς, κατη-

loco Flor. o. Bodl. Aug. Meerm., ubi nos delevimus. Deinde vulg. ὑπὲρ ἄλλων, quod adversatur auctoritati librorum Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. CIW. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Bodl. Aug. Meerm. Tenuit tamen Bekkerus. v. p. 486. B.

ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων] Vulgo deerat τῶν τοιούτων, quod codd. fere omnes praebuerunt. Dein ἀπαγάγοι cum Bekkero dedi ex Par. V.

Mentione autem dignum Ruhnkenium quondam in Epistola ad Valckenar. ap. Mahn. p. 67. locum ita refingendum censuisse: — φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν ἔχων γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι, ut ἔχων aut simile aliud verbum excidisse putaretur, unde accusativus φύσιν penderet.

P. 486. καὶ οὔτ᾽ ἂν δίκης β.] Versus Euripidis Valckenarius l. c. ita digessit: Οὔτ᾽ ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον | Προθεῖο πιθανόν, οὔτ᾽ ἂν ἀσπίδος ποτὲ | Κύτει γ᾽ ὁμιλήσειας, οὔτ᾽ ἄλλων ὕπερ | Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι. | — — — ἀλλ᾽ ἐμοὶ πιθοῦ, | Παῦσαι δ᾽ ἀοιδῶν· πολεμίων δ᾽ εὐμουσίαν | Ἄσκει. τοιαῦτ᾽ ἄειδε καὶ δόξεις φρονεῖν, | Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν, | Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ᾽ ἀφεὶς σοφίσματα, | Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Ceterum etiam verba εἰκὸς καὶ πιθανὸν λαβεῖν poeticum colorem referre vere monuit Heindorfius, neque assentior Valckenario, qui ea Calliclis esse putabat Euripidem interpretantis. Quamquam in iis delituit sine dubio vitium. Legendum enim λάκοις, sicuti praeclare coniecit Bonitz. in *Zeitschrift für österreich. Gymnas. 1857*. Fasc. 5. p. 403 seq. Pro vulg. ἂν λάβοις cod. V. ap. Bekker. ἀντιλάβοις, quod ex interpretatione vulgatae lectionis ortum videtur.

εὐνοίᾳ — τῇ σῇ] Pronomen possessivum loco pronominis personalis. v. ad Apolog. Socrat. p. 20. E. — τοὺς πόῤῥω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας, eos, qui in philosophia progredi non desinunt. Euthyphr. p. 4. A: οὐ γὰρ οἶμαί γε τοῦ ἐπιτυχόντος εἶναι ὀρθῶς αὐτὸ πρᾶξαι, ἀλλὰ πόῤῥω που ἤδη σοφίας ἐλαύνοντος. Cratyl. p. 410. D: πόῤῥω ἤδη, οἶμαι, φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν. Mox ἀδικεῖν accipiendum pro ἠδικηκέναι. v. Bremi ad Lys. p. 23. — οἶσθ᾽ ὅτι est formula assensum exspectantis, de qua v. ad Phaedon. p. 72. B. Conf. Menon. p. 95. E. p. 85. C. —

γόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις
ἄν, εἰ βούλοιτο θανάτου σοι τιμᾶσθαι. καίτοι πῶς σο-
φὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις ε ὐ φ υ ῆ λ α β ο ῦ-
σ α τ έ χ ν η φ ῶ τ α ἔ θ η κ ε χ ε ί ρ ο ν α, μήτε αὐτὸν αὑτῷ
δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κιν-
δύνων μήτε ἑαυτὸν μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν
C ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν, ἀτεχνῶς δὲ
ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει; τὸν δὲ τοιοῦτον, εἴ τι καὶ
ἀγροικότερον εἰρῆσθαι, ἔξεστιν ἐπὶ κόῤῥης τύπτοντα μὴ
διδόναι δίκην. ἀλλ', ὦ 'γαθέ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ'
ἐλέγχων, πραγμάτων δ' ε ὐ μ ο υ σ ί α ν ἄ σ κ ε ι, καὶ ἄσκει,
ὁπόθεν δ ό ξ ε ι ς φ ρ ο ν ε ῖ ν, ἄ λ λ ο ι ς τ ὰ κ ο μ ψ ὰ τ α ῦ τ'
ἀ φ ε ί ς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας,

B. *θ α ν ά τ ο υ σ ο ι*] Sic optimi ac plurimi. V. *σοι θανάτου*.
*ε ὐ φ υ ῆ λ α β ο ῦ σ α*] *εὐφυῆ* Clark. Bodl. Coisl. Vind. 1. 6. Par. B C E F I W. Flor. a. b. c. d. m. o. s. et ed. Bas. 2. Editt. omnes *εὐφυᾶ*.
C. *ε ἴ τ ι κ α ὶ ἀ γ ρ ο ι κ ό τ ε ρ ο ν*] *καὶ* om. Clark. Vat.
D. *ἄ σ μ ε ν ο ν ε ὑ ρ ε ῖ ν*] Sic optimi et plurimi pro vulg. *εὑρεῖν ἄσμενον*.
*ε ὖ ε ἴ σ ε σ θ α ι*] V. *ἤδη εὖ εἴσεσθαι*. Abieci *ἤδη* auctoritate

*ὅ τι χ ρ ή σ α ι ο σ α υ τ ῷ*, *was du mit dir anfangen solltest.* Illustravi dictionem ad Criton. p. 45. B.

B. *θ α ν ά τ ο υ σ ο ι τ ι μ ᾶ σ θ α ι*] Vid. ad Apolog. Socrat. p. 36. B. p. 37. B.

*κ α ί τ ο ι π ῶ ς σ ο φ ὸ ν τ.*] Euripidis versus hos fuisse suspicatur V a l c k e n a r. l. c.: *Καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἔστιν, εἴ τιν' εὐφυᾶ | Λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα; — — Μήτ' αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι;* In his *ἔ θ η κ ε χ ε ί ρ ο ν α* poetice dictum pro *ἐποίησε χείρονα*, usu loquendi inde ab Homero a poetis frequentato. Infinitivi *περισυλᾶσθαι* atque *ζῆν* pendent ex *ἔθηκε*. Mutatur enim constructio, quoniam verbo *ἔθηκε* per se tum participium tum infinitivus addi recte potuit.

C. *ε ἴ τ ι κ α ὶ ἀ γ ρ ο ι κ ό τ ε ρ ο ν ε ἰ ρ ῆ σ θ α ι*] e t i a m s i h o c f u e r i t d i c t u i n h u m a n i u s.

v. ad p. 462. E. Fallitur H e i n d o r f i u s legendum putans *τὸν δὴ τοιοῦτον*.

*ἐ π ὶ κ ό ῤ ῥ η ς τ ύ π τ ο ν τ α*] *Τύπτειν ἐπὶ* s. *κατὰ κόῤῥης* est alapam alicui infligere palma expansa atque differt a formula *κονδύλοις τύπτειν*, articulis digitorum et manu contracta aliquem caedere. Vid. P o l l u c. II, 40. S u i d. T h o m. M a g. et H a r p o c r a t. in *Ἐπὶ κόῤῥης*. E u s t a t h i u s ad Iliad. p. 923. ed. Bas.: *κόῤῥην δέ, φησί* (Aelius Dionysius), *καὶ κόρσην Ἀττικοὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι. διὸ καὶ προπηλακισμὸς ἰσχυρός, φασί, τὸ ἐπὶ κόῤῥης καὶ μείζων τοῦ κονδύλου.* S u i d a s l. c.: *κόῤῥην γὰρ καὶ κόρσην ὅλην τὴν κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι:* quae ipsa habet etiam E t y m o l. M a g n. Quam ignominiosum fuerit et contumeliosum hoc modo vapulare, quum ex hoc loco patet



ἐ ξ ὧ ν κ ε ν ο ῖ σ ι ν ἐ γ κ α τ ο ι κ ή σ ε ι ς δ ό μ ο ι ς· ζηλῶν
οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστι D
καὶ βίος καὶ δόξα καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά.

Cap. XLII. ΣΩ. Εἰ χρυσῆν ἔχων ἐτύγχανον τὴν
ψυχήν, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἂν οἴει με ἄσμενον εὑρεῖν
τούτων τινὰ τῶν λίθων, ᾗ βασανίζουσι τὸν χρυσόν, τὴν
ἀρίστην, πρὸς ἥντινα ἔμελλον προσαγαγὼν αὐτήν, εἴ μοι
ὁμολογήσειεν ἐκείνη καλῶς τεθεραπεῦσθαι τὴν ψυχήν,
εὖ εἴσεσθαι, ὅτι ἱκανῶς ἔχω καὶ οὐδέν μοι δεῖ ἄλλης
βασάνου; ΚΑΛ. Πρὸς τί δὴ τοῦτ' ἐρωτᾷς, ὦ Σώκρατες; E
ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ νῦν. οἶμαι ἐγὼ σοὶ ἐντετυχηκὼς
τοιούτῳ ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι. ΚΑΛ. Τί δή; ΣΩ. Εὖ
οἶδ', ὅτι, ἄν μοι σὺ ὁμολογήσῃς περὶ ὧν ἡ ἐμὴ ψυχὴ

Clark. Vat. Coisl. Vind. 2. 6. Par. B C E F I V W. Flor. b. c. d. f. o. s. Dein ante *δεῖ ἄλλης βασάνου* vulgo *ἔτι* interponitur, quod iidem libri omitti iusserunt. Praeterea pro *μοι* Clark. Vat. Coisl. Par. B C I W. Vind. 1. Flor. a. b. c. m. o. *με* scriptum exhibent.
E. *Ε ὖ ο ἶ δ', ὅ τ ι, ἄ ν μ ο ι*] V. *ἄν*. Par. E. Flor. d. x. *ἃ ἄν*. Coisl. corr. *ἃ μοι*. Scripsimus *ἄν*, quae crasis alibi quoque criticos in fraudem induxit.

tum e D e m o s t h e n. Orat. Midian. p. 537. extr. ed. Reisk. — De accusativo *τύπτοντα* post *ἔξεστι* illato v. ad Euthyphr. p. 5. A.

*π α ῦ σ α ι δ' ἐ λ έ γ χ ω ν —*] O l y m p i o d o r u s: *ὁ Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥῖψον τὴν λύραν καὶ κέχρησο ὅπλοις. ἐκεῖνος εἶπε τῷ Ἀμφίονι, ὅτι πολέμων δὲ εὐμουσίαν ἄσκει. οὗτος δέ φησι, πραγμάτων κ. τ. λ.* — *τ ὰ κ ο μ ψ ὰ τ α ῦ τ α*, s p l e n d i d a s i s t a s n u g a s. v. R u h n k e n. ad Tim. Lex. p. 162. Mox ad *ὁ βίος* in quibusdam libris adscriptum est *ὁ πλοῦτος*. Recte. Saepe enim de iis dicitur, quae ad vitam sustentandam opus sunt, atque omnino de opibus. v. Legg. VIII. p. 842. C. IX. p. 936. C. De Republ. III. c. 15. ibique A s t.

Cap. XLII. D. *Ε ἰ χ ρ υ σ ῆ ν ἔ χ ω ν —*] Qui sequitur locus, is elegantissima ironia insignis est, quam observent diligenter qui eum penitus cupiunt intelligere.

Respexit haec A r i s t i d e s Oratt. Platon. II. p. 174., ubi etiam schol. verba Platonis laudavit. — *ο ὐ κ ἂ ν ο ἴ ε ι μ ε ἄ σ μ ε ν ο ν ε ὑ ρ ε ῖ ν*, a n n o n p u t a s m e l a e t a t u r u m i n v e n t o a l i q u o e x i i s l a p i d i b u s, q u i b u s a u r u m e x p l o r a n t, e o q u e o p t i m o? Nam *τὴν ἀρίστην* pronomini *τινά* per appositionem additum. Itaque istud *ᾗ* vitii suspectum habeo, praesertim quum praecedat *τούτων τῶν λίθων*. Cod. Paris. F. *αἷ βασανίζουσι*. Quod si displiceat, facile *αἷς* reposueris.

E. *Ε ὖ ο ἶ δ', ὅ τ ι, ἄ ν μ ο ι*] B e n e n o v i, s i t u d e i i s m e c u m c o n s e n t i a s, q u a e a n i m u s m e u s s e n t i t, e a i a m i p s a v e r a e s s e. Hipp. Mai. p. 296. D: *ὃ ἐβούλετο ἡμῶν ἡ ψυχὴ εἰπεῖν.* v. H e i n d o r f. ad h. l. — *ὀ ρ θ ῶ ς τ ε ζ ώ σ η ς κ α ὶ μ ή*, r e c t e n e v i v a t, a n n o n. De *ἄρα* longius ab initio membri remoto v. ad Sympos. p. 177. E.

δοξάζει, ταῦτ' ἤδη ἐστὶν αὐτὰ τἀληθῆ. ἐννοῶ γάρ, ὅτι
487 τὸν μέλλοντα βασανιεῖν ἱκανῶς ψυχῆς πέρι ὀρθῶς τε
ζώσης καὶ μὴ τρία ἄρα δεῖ ἔχειν, ἃ σὺ πάντα ἔχεις,
ἐπιστήμην τε καὶ εὔνοιαν καὶ παῤῥησίαν. ἐγὼ γὰρ πολ-
λοῖς ἐντυγχάνω, οἳ ἐμὲ οὐχ οἷοί τε εἰσὶ βασανίζειν διὰ
τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι, ὥςπερ σύ· ἕτεροι δὲ σοφοὶ μέν εἰσιν,
οὐκ ἐθέλουσι δέ μοι λέγειν τὴν ἀλήθειαν διὰ τὸ μὴ κή-
δεσθαί μου, ὥςπερ σύ· τὼ δὲ ξένω τώδε, Γοργίας τε
B καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐστὸν ἐμώ, ἐνδεεστέρω
δὲ παῤῥησίας καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος·
πῶς γὰρ οὔ; ὥ γε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον,
ὥςτε διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς
αὐτῷ ἐναντία λέγειν ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ

P. 487. *ἐπιστήμην τε καὶ εὔνοιαν*] Pro *εὔνοιαν* vett. editt. *δόξαν*, quod falsum esse proxima docet argumentatio. Verum praebent codd. fere omnes; Flor. f. s. Vind. 2. Ven. Σ. corr. *δόξαν* habent.

B. *καὶ ἐμοὶ εἶ*] *ἔμοιγε* Vind. 6. *ἔμοιγ'* Vind. 7.

*τίνι τεκμηρίῳ χρῶμαι; ἐγώ σοι ἐρῶ*] Vind. 6. Par. W. rec. *τίνι δὲ τεκμ. χρ.* Sed in hac orationis alacritate coniunctionem eiusmodi non desideraveris. Post *χρῶμαι* cum Bekkero signum interrogationis in locum *ὑποστιγμῆς* substituimus. De interrogatione sermonis animandi caussa mediae orationi interposita diximus ad Sympos. c. 6. et supra p. 453. C. Formulam *ἐγώ σοι ἐρῶ* sic solere subiungi interrogationibus demonstrarunt exemplis plurimis Fritsch. Quaestt. Luciann. p. XXXI. et Hermann. ad Lucian. De histor. conscrib. p. 27.

C. *ἐπήκουσα βουλευομένων*] V. *ὑπήκουσα*, quod per se non est ineptum. Habet enim talibus in locis vim et significationem clam auscultandi *(belauschen)*. Sed Clark. Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. EFIVW. Flor. f. s. Aug. Bodl. Meerm. *ἐπήκουσα* praebent. Quo recepto Socrates se significat affuisse eorum sermoni eumque neutiquam clam audivisse, sed diligenter et lubenter ad eum attendisse. v. Cobet. Novv. Lectt. p. 521. Dein vett. editt. *μέχρις ὅποι*, quod ex Clark. Vat. Coisl. aliis multis correximus. v. ad Sympos. c. 29. Frustra Heindorfius, veterum grammaticorum hac de re praeceptionibus diffisus, *μέχρις ὅποι* tuebatur. Hirschigius scribendum censet *μέχρι ὅτου*.

P. 487. *τρία ἄρα δεῖ ἔχειν*] Ficinus: tria potissimum habere. Aptissime. Vide igitur, num *μάλιστα* pro *ἄρα* reponendum sit.

B. *ἐνδεεστέρω δὲ παῤῥησίας —*] Notat Calliclis impudentiam, qua antea in philosophos atque ipsum Socratem invehebatur. Verba *μᾶλλον τοῦ δέοντος* adduntur comparativis epexegesis gratia. Similiter infra p. 487. D: *πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι*. Latine interpreteris: verecundiores sunt, et quidem plus iusto. Bona est de hac re Herbstii disputatio ad Xenoph. Symp. I. §. 4. conf. ad Hipp. Mai. p. 285. B. Formulam *πῶς γὰρ οὔ;* reliquae orationi sic interponi solere docuit praeter Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 2. Heindorf. ad h. l. Eundem usum formulae *πῶς γάρ;* illustravit Gataker. De stilo N. T. p. 73. Valckenar. ad Phoeniss. v. 1614. Sic *πῶς γὰρ οὔ;* saepe dixit Demosthenes, ut De Coron. p. 274. 325. al. ed. Reisk.

*ὥςτε διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι —*] Ridet verba Calliclis p. 482. D. E.

*πεπαίδευσαί τε γὰρ ἱκανῶς*] Respicit ad verba Calliclis p. 485. A: *ὅσον παιδείας χάριν*, ut etiam ex hoc loco pateat nihil ibi corrigendum esse.

C. *Τίσανδρον τὸν Ἀφιδναῖον —*] *Ἄφιδναι* et *Χολαργεῖς* fuere duo Atticae pagi, alter tribus Aeantidos, alter Acamantidos. vid. schol. ad h. l. Andronis etiam in Protagor. p. 315. C. mentio fit.

*εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν*] non id esse studendum, ut ad philosophiae subtilitatem usque perveniretur, sed subsistendum in eo, quod *παιδείας χάριν* necessarium videretur. Sic Eurip. Hec. v. 817: *πειθὼ δὲ — οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν μανθάνειν*, ubi *ἐς τέλος μανθ.* est perfecte s. *τελέως* discere. Aeschyl. Prom. 230: *ὡς μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν.*

D. *ὅπως μὴ πέρα — λήσετε*] Futurum post verba cavendi et metuendi de more positum. v. Phaedon. p. 91. C.

*ταῦτα ἐμοὶ συμβ.*] quum te audiam ea (h. e. haec talia) mihi suadentem, quae amicissimis tibi hominibus suadere soles. Non opus est, ut *ταὐτὰ* corrigamus, quod Ficinus habuisse videtur, quamquam interpretis in talibus exigua est aut potius nulla auctoritas. Utrumque autem per se recte dici potuit, et *ταῦτα ἅπερ* et *ταὐτὰ ἅπερ*, ut supervacaneum videatur rei per se manifestae exempla congerere. Quae tamen si quis desideret, is adeat Heindorf. ad Phaedon. p. 64. C. ad Sophist. p. 217. B.



ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων. σὺ δὲ ταῦτα πάντα ἔχεις, ἃ
οἱ ἄλλοι οὐκ ἔχουσι· πεπαίδευσαί τε γὰρ ἱκανῶς, ὥς
πολλοὶ ἂν φήσαιεν Ἀθηναίων, καὶ ἐμοὶ εἶ εὔνους. τίνι
τεκμηρίῳ χρῶμαι; ἐγώ σοι ἐρῶ. οἶδα ὑμᾶς ἐγώ, ὦ Καλ- C
λίκλεις, τέτταρας ὄντας, κοινωνοὺς γεγονότας σοφίας,
σέ τε καὶ Τίσανδρον τὸν Ἀφιδναῖον καὶ Ἄνδρωνα τὸν
Ἀνδροτίωνος καὶ Ναυσικύδην τὸν Χολαργέα. καί ποτε
ὑμῶν ἐγὼ ἐπήκουσα βουλευομένων, μέχρι ὅποι τὴν
σοφίαν ἀσκητέον εἴη, καὶ οἶδα, ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε
τις δόξα, μὴ προθυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν,
ἀλλὰ εὐλαβεῖσθαι παρεκελεύεσθε ἀλλήλοις, ὅπως μὴ πέρα D
τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι λήσετε διαφθαρέντες.
ἐπειδὴ οὖν σου ἀκούω ταῦτα ἐμοὶ συμβουλεύοντος, ἅπερ

τοῖς σεαυτοῦ ἑταιροτάτοις, ἱκανόν μοι τεκμήριόν ἐστιν,
ὅτι ὡς ἀληθῶς μοι εὔνους εἶ. καὶ μὴν ὅτι γε οἷος παῤῥη-
σιάζεσθαι καὶ μὴ αἰσχύνεσθαι, αὐτός τε φῂς καὶ ὁ λόγος,
ὃν ὀλίγον πρότερον ἔλεγες, ὁμολογεῖ σοι. ἔχει δὴ οὑτωσὶ
δῆλον ὅτι τούτων πέρι νυνί· ἐάν τι σὺ ἐν τοῖς λόγοις
E ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤδη ἔσται ἱκανῶς
ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, καὶ οὐκέτι αὐτὸ δεήσει ἐπ' ἄλλην
βάσανον ἀναφέρειν. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτὸ συνεχώρησας
σὺ οὔτε σοφίας ἐνδείᾳ οὔτ' αἰσχύνης παρουσίᾳ· οὐδ' αὖ
ἀπατῶν ἐμὲ συγχωρήσαις ἄν· φίλος γάρ μοι εἶ, ὡς καὶ
αὐτὸς φῄς. τῷ ὄντι οὖν ἡ ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος
ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας. πάντων δὲ καλλίστη ἐστὶν ἡ
σκέψις, ὦ Καλλίκλεις, περὶ τούτων ὧν σὺ δή μοι ἐπετί-
μησας, ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα καὶ τί ἐπιτηδεύειν
488 καὶ μέχρι τοῦ, καὶ πρεσβύτερον καὶ νεώτερον ὄντα. ἐγὼ

D. ἅπερ τοῖς σεαυτοῦ] Sic Clark. Ven. Ξ Σ. Coisl. Vind. 2. 7. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Editt. omnes σαυτοῦ. Vind. 1. ἑαυτοῦ.

ὅτι γε οἷος παῤῥ.] Par. E. superscriptum habet οἷός τ' εἶ, sed v. ann.

E. αἰσχύνης παρουσίᾳ] περιουσίᾳ unus Flor. x. cum edit. Bas. 2. Ceteri libri παρουσίᾳ, quod tuetur Herm. Vulgatam defendit etiam Koch. pone Moer. Att. ed. Lips. p. 386.

ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα] Post τινα Bas. 2. et Flor. x. inserunt ποτε, quam lectionem etiam Steph. memorat.

P. 488. τίνα τρόπον κτησαίμην] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 7. Par. BCFIVW. Florentini Aug. Bodl.

ὅτι γε οἷος παῤῥησιάζεσθαι] Intell. εἶ. vid. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 604 seq. et interpp. ad Gregor. Corinth. p. 152 seq. De proximis conf. De Republ. IV. p. 424. C: ὥς φησί τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι. Ibid. VII. p. 530. D: ὥς οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι, καὶ ἡμεῖς, ὦ Γλαύκων, συγχωροῦμεν.

ἔχει δὴ οὑτωσὶ δ. ὅτι] Verba ad grammaticam subtilitatem exacta connectas sic: δῆλον δὴ, ὅτι οὑτωσὶ ἔχει νυνὶ περὶ τούτων. Quamquam nec hac structura indigemus. Etenim δῆλον ὅτι pariter atque οἶσθ' ὅτι et similia saepe ita usurpatum est a Graecis, ut reliquae orationi ἀσυνδέτως interponeretur neque cum ceterorum verborum constructione arcte cohaereret. Ex quo factum est, ut voces in unum coalescerent δηλονότι atque adverbii speciem referrent. Quamquam haud scio an ea scribendi ratio repudianda sit. Nam nec ubique δῆλον ὅτι sic per se positum est, sed saepissime cum reliqua oratione constructum reperitur, nec scribimus οἰσθότι, οἰδότι, sed οἶσθ' ὅτι, οἶδ' ὅτι, etiamsi haec verba per se posita ad usum adverbiorum prope accedant. Sed v. Buttmann. ad Criton. §. 14. annot. 12. et in Indic. s. v. δηλονότι. Itaque hoc loco δῆλον



γὰρ εἴ τι μὴ ὀρθῶς πράττω κατὰ τὸν βίον τὸν ἐμαυτοῦ,
εὖ ἴσθι τοῦτο ὅτι οὐχ ἑκὼν ἐξαμαρτάνω, ἀλλ' ἀμαθίᾳ
τῇ ἐμῇ. σὺ οὖν, ὥςπερ ἤρξω νουθετεῖν με, μὴ ἀποστῇς,
ἀλλ' ἱκανῶς μοι ἔνδειξαι, τί ἐστι τοῦτο, ὃ ἐπιτηδευτέον
μοι, καὶ τίνα τρόπον κτησαίμην ἂν αὐτό. καὶ ἐάν με
λάβῃς νῦν μέν σοι ὁμολογήσαντα, ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ
χρόνῳ μὴ ταῦτα πράττοντα, ἅπερ ὡμολόγησα, πάνυ με
ἡγοῦ βλᾶκα εἶναι καὶ μηκέτι ποτέ με νουθετήσῃς ὕστε- B
ρον, ὡς μηδενὸς ἄξιον ὄντα. ἐξ ἀρχῆς δέ μοι ἐπανάλαβε,
πῶς φῂς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος τὸ κατὰ
φύσιν; ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων καὶ ἄρ-
χειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἀμείνω
τοῦ φαυλοτέρου; μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι; ἢ
ὀρθῶς μέμνημαι;

Cap. XLIII. *ΚΑΛ.* Ἀλλὰ ταῦτα ἔλεγον καὶ τότε

Meerm. Vett. editt. ἐργασαίμην. Vind. 1. 6. αἰτησαίμην. Dein optimi plurimique ἐὰν μὲν λάβῃς, mendose. Clark. Vat. ταὐτὰ πράττοντα. Mox vulg. βλάκα, quod suadente Bekkero mutavi.

B. τὸ κατὰ φύσιν;] Ante Bekkerum recta desiderabatur interpunctio.

καὶ πλέον ἔχειν] Libri πλεῖον. Iidem alibi etiam πλέον ἔχειν, quod unice verum esse in hac formula docet verbum πλεονεκτεῖν. Perspicuus hac in re locus est p. 483. C., ubi codd. recte πλέον servarunt. conf. etiam De Republ. I. p. 349. et IX. p. 574. A. ibique annot. infra p. 490. C. D. 491. D.

ὅτι per se positum atque mediae orationi ἀσυνδέτως interiectum putamus. Ceterum in ἔχει inest subiecti αὐτὸ s. τὸ πρᾶγμα significatio, quod German. dicimus: *es verhält sich.* v. ad Theaet. p. 187. C. 171. A.

E. οὔτ' αἰσχύνης παρουσίᾳ] Recte παρουσίᾳ, quod opponitur antegresso ἐνδείᾳ, salseque indicat Callicli omnem omnino deesse verecundiam ac pudorem.

τέλος ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας] H. e. si ego atque tu consentiamus, id vero documentum erit perfectae et consummatae veritatis. Nam τέλος ἔχειν est perfectum esse, ut Phaedon. p. 77. C. al.

P. 488. καὶ μέχρι τοῦ] H. e. μέχρι τίνος: ne quis cum Findeisenio μέχρι οὗ scribendum putet.

βλᾶκα εἶναι] H. e. hominem fatuum et stupidum. Vocabulum copiose illustravit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 60 seq. Mox post τὸ κατὰ φύσιν, quae verba pertinent ad τὸ δίκαιον, deerat vulgo interpunctio, quam auctore Heindorfio cum Bekkero restitui. Nam proxima continent Calliclis sententiam, quam Socrates repetit, deinceps de ea accuratius disputaturus. Pendent autem haec a

καὶ νῦν λέγω. ΣΩ. Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν βελτίω κα-
C λεῖς σὺ καὶ κρείττω; οὐδὲ γάρ τοι τότε οἷός τ' ἦ μαθεῖν
σου, τί ποτε λέγεις. πότερον τοὺς ἰσχυροτέρους κρείττους
καλεῖς, καὶ δεῖ ἀκροᾶσθαι τοῦ ἰσχυροτέρου τοὺς ἀσθενε-
στέρους, οἷόν μοι δοκεῖς καὶ τότε ἐνδείκνυσθαι, ὡς αἱ
μεγάλαι πόλεις ἐπὶ τὰς σμικρὰς κατὰ τὸ φύσει δίκαιον
ἔρχονται, ὅτι κρείττους εἰσὶ καὶ ἰσχυρότεραι, ὡς τὸ κρεῖτ-
τον καὶ ἰσχυρότερον καὶ βέλτιον ταὐτὸν ὄν, ἢ ἔστι βελ-
τίω μὲν εἶναι, ἥττω δὲ καὶ ἀσθενέστερον, καὶ κρείττω
μὲν εἶναι, μοχθηρότερον δέ· ἢ ὁ αὐτὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ
D βελτίονος καὶ τοῦ κρείττονος; τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς
διόρισον, ταὐτὸν ἢ ἕτερόν ἐστι τὸ κρεῖττον καὶ τὸ βέλ-

C. *τότε οἷός τ' ἦ μ.*] V. *ἦν.* Clark. *ἦι.* Par. CI. et quattuor Florent. *εἶ.* Unde sponte emergit vera scriptura *ἦ*, quam servavit Vat. Δ. v. ann. ad Symp. p. 173. A. 221. A. Matthiae. Gr. §. 216. 4. et qui ibi laudantur. Illud nobis videmur observasse, apud Platonem hanc imperfecti formam maxime in formulis et loquutionibus multo usu tritis, qualis est *οἷός τ' ἦ*, frequentari.

*ταὐτὸν ὄν*] V. *ταὐτὸ ὄν* praeter fidem librorum praestantissimorum.

*φῄς*, quod cogitatione iterandum est. Aliter Boeckhius in Min. et Legg. p. 177. et ad Pindar. T. II. P. II. p. 641., qui legit: *ἐξ ἀρχῆς — Πίνδαρον. τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βίᾳ — τοῦ φαυλοτέρου; μή τι ἄλλο λέγεις κ. τ. λ.* Respicitur ad verba Calliclis p. 484. B. — De *μὴ* interrogativo conf. Rost. Gr. §. 123 b. 8. a. γ.

Cap. XLIII. B. *Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν β. κ.*] Refutaturus Socrates Calliclis sententiam ex eo quaerit, quemnam *τὸν κρείττω* dixerit. Ad quae postquam hic respondit se eum intelligere, qui plus virium aliis habeat, ille deinde docere instituit haec pugnare cum iis, quae antea de lege naturae ab ipso disputata sint. Nam multi, inquit, certe plus valent uno. Quae autem iubet multitudo, ea iusta habentur. Iam ea melius esse iniuriam pati quam facere quasi lege quadam sanxit: communis enim haec est omnium fere hominum opinio. Ex quo consequitur, ut non lege, sed natura ab inferenda iniuria prohibeamur, falsumque esse apparet, quod antea dicebatur, naturam fortiori id iuris concedere, ut quidlibet pro suo ipsius arbitrio audere possit.

*καὶ δεῖ ἀκροᾶσθαι τοῦ ἰσχ. τοὺς ἀσθ.*] et oportet obedire validiori imbecilliores. Nam ita *ἀκροᾶσθαι* intelligendum, ut Aristoph. Avv. v. 1220. ed. Dind. Illustravimus usum loquendi ad Phaedrum p. 253. E.

*καὶ τότε ἐνδείκνυσθαι, ὡς —*] In his *τότε* est antea, quum de his rebus disputares, neque audiendus est Findeisen., qui *τῷδε* vel *τοῖσδε* legendum suspicatur. Respicitur ad p. 483. D. E. Sic *τότε* non raro dicitur. Protagor. p. 325. E: *οἱ δὲ διδάσκαλοι τούτων τε ἐπιμελοῦνται, καὶ ἐπειδὰν αὖ γράμματα μάθωσι*



τιον καὶ τὸ ἰσχυρότερον; ΚΑΛ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφῶς
λέγω, ὅτι ταὐτόν ἐστιν. ΣΩ. Οὐκοῦν οἱ πολλοὶ τοῦ
ἑνὸς κρείττους εἰσὶ κατὰ φύσιν; οἳ δὴ καὶ τοὺς νόμους
τίθενται ἐπὶ τῷ ἑνί, ὥςπερ καὶ σὺ ἄρτι ἔλεγες. ΚΑΛ.
Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τὰ τῶν πολλῶν ἄρα νόμιμα τὰ τῶν
κρειττόνων ἐστί. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ τῶν E
βελτιόνων; οἱ γὰρ κρείττους βελτίους πολὺ κατὰ τὸν
σὸν λόγον. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ τούτων νό-
μιμα κατὰ φύσιν καλά, κρειττόνων γε ὄντων; ΚΑΛ.
Φημί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἱ πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως, ὡς
ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες, δίκαιον εἶναι τὸ ἴσον ἔχειν καὶ αἴσχιον
τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; καὶ ὅπως 489

E. *Ἆρ' οὖν οἱ πολλοὶ νομ.*] Editt. olim omnes et Bekk. *Ἆρ' οὖν οὐχ οἱ π.* Omittunt *οὐχ* Clark. Vat. Vind. 1. 6. Par. BCEFIVW. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. Bodl., quod nobiscum abiecerunt Turr. Herm. alii. Dein *οὕτως*, quod vulgo aberat, additum ex Clark. Ven. Ξ Σ. Coisl. et plurimis aliis, in quibus tamen Vat. non est numerandus.

*καὶ μέλλωσι συνήσειν τὰ γεγραμμένα, ὥςπερ τότε τὴν φωνήν* (sicut antea vocem diximus), *παρατιθέασιν αὐτοῖς κ. τ. λ.* Politic. p. 266. D: *ἐκεῖνό ἐστι καταφανὲς μᾶλλον τὸ ῥηθὲν τότ'* (antea) *ἐν τῇ περὶ τὸν σοφιστὴν ζητήσει.* Theaet. p. 156. E: *αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ καὶ τότε ἐλέγομεν*, scil. antea, quum de hac re disputaremus. Phileb. p. 38. D: *ὃ τότε δόξαν ἐκαλοῦμεν*, h. e. antea, quum haec nondum essent explicata. De Rep. VI. p. 507. B. Pro *δοκεῖς* Coraes legi iubet *ἐδόκεις*. Quo non opus est. — *ἔρχεσθαι ἐπί τινα*, aliquem hostiliter aggredi; v. ad Tim. p. 57. B.

D. *τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς δ.*] hoc ipsum, i. e. hoc maxime, perspicue definias. vid. ad p. 482. D. De Rep. V. p. 471. E. Dicitur enim *τοῦτ' αὐτό* de re maximi momenti, in qua totius caussae veluti cardo vertitur. Deinde in priore interrogationis membro omissa est interrogandi particula usu frequenti, quem illustrarunt exemplis Heindorfius ad h. l. Ast. ad Legg. p. 130. Viger. p. 409.

*τοὺς νόμους τίθενται ἐπὶ τῷ ἑνί*] H. e. ut unus ille iis obtemperet. Dictionem *νόμους τίθεσθαι ἐπί τινι* illustravit Heindorf. ad h. l.

E. *οἱ γὰρ κρείττους βελτίους πολύ*] Etsi *πολύ* comparativo suo interdum postponi solet, v. ad Sympos. p. 181. C., tamen comparativi vis cur hic ea voce intendatur, nemo dixerit. Itaque aut cum Corae *πάλιν* corrigas, aut cum Hermanno de coniectura scribas *βελτίους που*, quod posterius eximie placet.

P. 489. *καὶ ὅπως μὴ ἁλώσει — αἰσχυνόμενος*] Ridet verba Calliclis p. 482. C. D.

*μὴ ἁλώσει ἐνταῦθα σὺ αἰσχυνόμενος. νομίζουσιν, ἢ οὔ,
οἱ πολλοὶ τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλ' οὐ τὸ πλέον δίκαιον εἶναι,
καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; Μὴ φθόνει μοι
ἀποκρίνασθαι τοῦτο, Καλλίκλεις, ἵν', ἐάν μοι ὁμολο-
γήσῃς, βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, ἅτε ἱκανοῦ ἀνδρὸς
διαγνῶναι ὡμολογηκότος. ΚΑΛ. Ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νο-
μίζουσιν οὕτως. ΣΩ. Οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον
τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν,*
B *ἀλλὰ καὶ φύσει· ὥςτε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν ἐν
τοῖς πρόσθεν, οὐδὲ ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγορεῖν λέγων, ὅτι
ἐναντίον ἐστὶν ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις, ἃ δὴ καὶ ἐγὼ γνοὺς
κακουργῶ ἐν τοῖς λόγοις, ἐὰν μέν τις κατὰ φύσιν λέγῃ,
ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων, ἐὰν δέ τις κατὰ τὸν νόμον, ἐπὶ
τὴν φύσιν.*

Cap. XLIV. *ΚΑΛ. Οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται
φλυαρῶν. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχύνει, τη-*

P. 489. *ἀλλ' οὐ τὸ πλέον δ.*] Sic Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIVW. Florentini omnes, Bodl. Scribebatur *οὐχὶ τὸ πλ.*

*βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ*] Clark. et pauci alii *βεβαιώσομαι*, repugnante Thoma Mag. p. 473. in v. *ἵνα*.

*βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ*] ut hoc iam per te (tuum ipsius iudicium) confirmem ac stabiliam, quippe quum vir id mihi concesserit ad diiudicandum idoneus. Perperam *βεβαιώσωμαι* passive dictum putarunt. Optime Heindorfius comparavit De Republ. V. p. 461. E: *δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου.* Sympos. p. 199. B: *ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω.* Addimus Lachet. p. 194. C. et 200. B. cf. Matthiae. Gr. ampl. p. 1172.

B. *ἃ δὴ καὶ ἐγὼ γν.*] Respicit ad verba Calliclis p. 483. A.

Cap. XLIV. *Οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται —*] Vide annot. ad p. 467. B. — *ὀνόματα θηρεύων*, verba aucupans. Infra p. 490. A: *καὶ οὐ ῥήματα θηρεύω.* Theaetet. p. 166. B: *εἰ δὴ ὀνομάτων γε δεήσει θηρεύσεις διευλαβεῖσθαι ἀλλήλων.* Dicitur de eo, qui inter disputandum verbis, quae alicui imprudenti exciderunt, cupide abutitur ad creandam alteri molestiam. — *ῥήματι*, verbis, *dem Ausdrucke nach.* v. p. 450. E. — *ἕρμαιον τοῦτο ποιούμενος.* Sympos. p. 217. A: *ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν.*

C. *ἐὰν συρφετός*] Eodem nomine utitur Plato etiam alibi. v. ad Hipp. Mai. p. 288. D. Idem crebro usurparunt posteriores Platonici, Synesius, Themistius, alii.

*καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα —*] an existimas me dicere, si colluvies servorum omnigenorumque hominum congregetur nullius pretii, praeterquam quod fortasse cor-



*λικοῦτος ὤν, ὀνόματα θηρεύων, καὶ ἐάν τις ῥήματι
ἁμάρτῃ, ἕρμαιον τοῦτο ποιούμενος; ἐμὲ γὰρ οἴει ἄλλο* C
*τι λέγειν τὸ κρείττους εἶναι ἢ τὸ βελτίους; οὐ πάλαι
σοι λέγω, ὅτι ταὐτόν φημι εἶναι τὸ βέλτιον καὶ τὸ
κρεῖττον; ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων
καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως
τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα
εἶναι νόμιμα; ΣΩ. Εἶεν, ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις· οὕτω
λέγεις; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ὦ* D
*δαιμόνιε, καὶ αὐτὸς πάλαι τοπάζω τοιοῦτόν τί σε λέγειν
τὸ κρεῖττον, καὶ ἀνερωτῶ γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ
τι λέγεις. οὐ γὰρ δήπου σύ γε τοὺς δύο βελτίους ἡγεῖ
τοῦ ἑνός, οὐδὲ τοὺς σοὺς δούλους βελτίους σοῦ, ὅτι
ἰσχυρότεροί εἰσιν ἢ σύ. ἀλλὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἰπέ, τί
ποτε λέγεις τοὺς βελτίους, ἐπειδὴ οὐ τοὺς ἰσχυροτέρους;
καί, ὦ θαυμάσιε, πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀπο-*

B. *δέ τις κατὰ τὸν νόμον*] *κατὰ νόμον* coni. Hirschig.

D. *λέγεις τοὺς βελτίους*] V. *τοὺς βελτίστους*, quod suadente Cornario e Vind. 1. 6. mutavimus. Mutavit etiam Bekker.

poris robore valeant, hique aliqua statuant, ea ipsa esse legitima? In his durum est, quod *φῶσι* caret accusativo suo. Itaque Heindorfius probante Buttmanno *φῶσιν ἅττα, ταῦτα εἶναι νόμ.* legendum coniecit, quod recepit Hermann. et quod certe lenius est quam Heusdii commentum, qui Ficini vestigia legens corrigendum censuit: — *ἰσχυρίσασθαι, τούτους εἶναι τοὺς κρείττους, καὶ ἃ ἂν οὗτοι φῶσιν, κ. τ. λ.* Ipse olim *καί* in *ἃ ἂν* mutandum putabam. Nunc, quoniam video codices omnes tueri lectionem vulgatam, Thierschium audiendum arbitror, qui Gr. Gr. p. 505. ed. 3. ita scripsit: „*Manche activen Verba werden im nachlässigen Ausdruck ohne Accusat. als intransitiva gebraucht. So beim Plato Gorg.* (h. l.). *Der unstäte und schweifende Gebrauch ist ganz in der Art der dort Sprechenden.*" Itaque *αὐτὰ ταῦτα* ponitur, ac si praecederet *ἃ ἂν φῶσιν.* Ad *πλὴν ἴσως* intell. *ἀξίων τινός.* Nam *τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι* est eo, quod corpore valent. Prave Heindorf. *τῷ σ. ἰσχυρίσασθαι* interpretatur corporis viribus fidere, quae verbi significatio ab hoc loco aliena est.

D. *τοὺς δύο βελτίους ἡγεῖ τοῦ ἑνός*] Plena si esset oratio, additum legeretur: *ὅτι ἰσχυρότεροί εἰσιν ἢ ὁ εἷς.* Nunc haec ipsa sententia e proximis verbis eruenda est.

*τί ποτε λέγεις τοὺς β.*] Ne quis cum Routhio *τίνας* corrigat, contulit Heindorf. Protagor. p. 311. E: *αὐτὸς δὲ δὴ ὡς τί γενησόμενος ἔρχει παρὰ Πρωταγόραν;* ubi tamen nunc

E φοιτήσω παρὰ σοῦ. ΚΑΛ. Εἰρωνεύει, ὦ Σώκρατες.
ΣΩ. Οὐ μὰ τὸν Ζῆθον, ὦ Καλλίκλεις, ᾧ σὺ χρώμενος
πολλὰ νῦν δὴ εἰρωνεύου πρός με. ἀλλ' ἴθι εἰπέ, τίνας
λέγεις τοὺς βελτίους εἶναι; ΚΑΛ. Τοὺς ἀμείνους ἔγωγε.
ΣΩ. Ὁρᾷς ἄρα, ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα λέγεις, δηλοῖς
δὲ οὐδέν. οὐκ ἐρεῖς, τοὺς βελτίους καὶ κρείττους πότερον
τοὺς φρονιμωτέρους λέγεις, ἢ ἄλλους τινάς; ΚΑΛ.
Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία τούτους λέγω καὶ σφόδρα γε. ΣΩ.
490 Πολλάκις ἄρα εἷς φρονῶν μυρίων μὴ φρονούντων κρείττων
ἐστὶ κατὰ τὸν σὸν λόγον, καὶ τοῦτον ἄρχειν δεῖ,

E. *Οὐ μὰ τὸν Ζῆθον*] *Οὐ* deerat vulgo. Restitui e Flor. d., qui in marg. sic scriptum exhibet, probante Astio Lex. Plat. s. v. *μά*. Legit *οὐ* etiam Hermogenes in Reiskii Orator. Graec. T. VIII. p. 927. v. ann.

P. 490. *καὶ οὐ ῥήματα*] Sic Par. V. Flor. f. s. et fortasse pauci alii quidam cum Steph. Ceteri omnes *ῥήματι*, quod probat Winckelm. ad Euthydem. p. 52. et Hermann. comparans Theaet.

ex codd. *τίς* restitutum. Aptius contuleris Gorg. p. 448. B: *τί ἂν αὐτὸν ὀνομάζομεν δικαίως;* De Republ. I. p. 340. E: *τοῦτ' ἔστιν ὃ προςαγορεύομεν αὐτόν.* Sed nulla opus esse mutatione per se intelligitur. Mox *προδίδασκε* dictum ut Euthydem. p. 302. C: *εὐφήμει τε καὶ μὴ χαλεπῶς με προδίδασκε.* Hipp. Mai. p. 291. B: *ἐμὲ οὖν προδίδασκε καὶ ἐμὴν χάριν ἀποκρίνου,* quibus locis nolim cum Heindorfio pro simplici *διδάσκειν* accipere. Imo est docendo provehere, ulterius edocere, porro docere, pergere docere. Vid. Hipp. Mai. p. 291. B. Euthyd. p. 302. C. Sophocl. Aiac. v. 163: *ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους τούτων γνώμας προδιδάσκειν.* Philoct. 538: *ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά,* i. e. paullatim didici. Lepide vero additur *μὴ ἀποφοιτήσω,* quod est verbum proprium de discipulis a magistro discedentibus.

E. *Οὐ μὰ τὸν Ζῆθον*] Ferri non poterat quod vulgo legebatur *Μὰ τὸν Ζῆθον.* Nam ut verum sit, quod observavit Bornemannus ad Xenoph. Sympos. p. 107., formulas iurandi *μὰ τὸν Δία, μὰ τὸν θεόν, μὰ τὸν Ἀπόλλω,* alias, apud probos quidem scriptores nunquam affirmandi, sed semper negandi vi praeditas esse, tamen eae per se solae non negant, sed accedat necesse est aliunde negationis vis et significatio. Itaque aut diserte addenda est negandi particula, aut, si ea omittitur, formula referri debet vel ad praecedentem aliquam interrogationem cum negatione coniunctam vel ad sententiam subsequentem, quae aut particulam adversantem habeat aut negandi vi praedita sit; vid. Reisig. Coniectan. in Aristoph. p. 106. Ex quibus quum nihil hic locum habeat, dubitari non poterit, quin *οὐ* recte addiderimus. Neque id fecimus sine librorum auctoritate. — Verba *ᾧ σὺ χρώμενος κ. τ. λ.* referas ad illa, quae p. 485. E. legebantur. Deinde *πρός με* libri, nisi fallor,



τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖς βούλεσθαι λέγειν — καὶ οὐ ῥήματα θηρεύω —, εἰ ὁ εἷς τῶν μυρίων κρείττων. ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔστιν ἃ λέγω. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐγὼ τὸ δίκαιον εἶναι φύσει, τὸ βελτίω ὄντα καὶ φρονιμώτερον καὶ ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν τῶν φαυλοτέρων.

Cap. XLV. ΣΩ. Ἔχε δὴ αὐτοῦ. τί ποτε αὖ νῦν B
λέγεις; ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦμεν, ὥςπερ νῦν, πολλοὶ ἀθρόοι
ἄνθρωποι, καὶ ἡμῖν ᾖ ἐν κοινῷ πολλὰ σιτία καὶ ποτά,
ὦμεν δὲ παντοδαποί, οἱ μὲν ἰσχυροί, οἱ δὲ ἀσθενεῖς, εἷς

c. 20: *τὸν δὲ λόγον αὖ μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε.* Atqui retundit his verbis Socrates criminationem Calliclis, qui eum dixerat *ὀνόματα θηρεύειν.* Probabilius ergo Badham. in Schneidew. Philolog. X. p. 729. *ῥημάτια* pro *ῥήματα* coniecit. Respice illa p. 489. B. C.

B. *πολλοὶ ἀθρόοι*] *ἀθρόοι* vel, ut vulgo scribitur, *ἀθρόοι,* quia in libris sedem variat et in Flor. x. omissum est, ab Hermanno ut suspectum uncis notatur.

omnes. Quod ne quis in *πρὸς ἐμέ* mutandum arbitretur cum Heindorfio, prohibent loci plurimi, in quibus libri omnes encliticam pronominis formam post praepositiones unanimi consensu tuentur, veluti Menon. p. 79. B. Protagor. p. 335. A. Charmid. p. 153. B. Conf. Iacobs. ad Antholog. Palat. T. I. p. XXXII. Buttmann. Grammat. ampl. §. 72. Obs. 3. not.

*ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα λέγεις*] te ipsum semper in verbis haerere neque rem explicare. Spectant haec ad illud Calliclis opprobrium p. 489. B.

*Πολλάκις ἄρα εἷς φρονῶν —*] Postquam statuit Callicles eos, qui meliores appellentur, intelligendos esse prudentiores, Socrates ne hoc quidem cum iis, quae supra disputata sint, convenire docere instituit. Nam si prudentiores, inquit, iis utuntur bonis atque iuribus, quibus tu, Callicle, meliores ornandos esse arbitraris, sponte consequitur, ut, si quando ciborum copia in unum locum congeratur, quae inter plures distribuenda sit, ille, qui ciborum naturam optime cognitam habeat, etiam maximam inde auferat sibi portionem, quamvis ea minime indigeat. Eadem ratio sartorum erit atque sutorum. Qui quoniam vestium calceorumque faciendorum peritissimi habentur, ex tua sententia hoc iuris sibi vindicare poterunt, ut ipsis pretiosissimae vestes tribuantur.

P. 490. Cap. XLV. *Ἔχε δὴ αὐτοῦ*] Conf. annot. ad p. 460. A.

B. *πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι*] Recte in cod. Paris. ad v. *ἀθρόοι* additur: *ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ.* Saepenumero sic iunguntur *πολλοὶ ἀθρόοι,* multi simul: quae formula cavendum est ne pleonastica habeatur aut inter numerum eorum, quae *ἐκ παραλλήλου* dicta sunt, referatur. Conf. De Rep. VI. p. 492. B. Tim. p. 52. D. Demosth. adv. Mid. p. 557. ed. Reisk.: *πολλοὺς ἀθρόους ὑμῶν ἅμα ἑλᾷ.* Ibid. p. 558: *τὸν δὲ τοσούτοις ἀθρόοις*

δὲ ἡμῶν ἢ φρονιμώτερος περὶ ταῦτα ἰατρὸς ὤν, ἢ δέ,
οἷον εἰκός, τῶν μὲν ἰσχυρότερος, τῶν δὲ ἀσθενέστερος,
ἄλλο τι ἢ οὗτος φρονιμώτερος ἡμῶν ὢν βελτίων καὶ
κρείττων ἔσται εἰς ταῦτα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἦ οὖν
C τούτων τῶν σιτίων πλέον ἡμῶν ἑκτέον αὐτῷ, ὅτι βελτίων
ἐστίν, ἢ τῷ μὲν ἄρχειν πάντα ἐκεῖνον δεῖ νέμειν, ἐν δὲ
τῷ ἀναλίσκειν τε αὐτὰ καὶ καταχρῆσθαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ
σῶμα οὐ πλεονεκτητέον, εἰ μὴ μέλλει ζημιοῦσθαι, ἀλλὰ
τῶν μὲν πλέον, τῶν δ' ἔλαττον ἑκτέον· ἐὰν δὲ τύχῃ
πάντων ἀσθενέστατος ὤν, πάντων ἐλάχιστον τῷ βελτίστῳ,
ὦ Καλλίκλεις; οὐχ οὕτως, ὦ 'γαθέ; ΚΑΛ. Περὶ σιτία
D λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας· ἐγὼ δὲ οὐ
ταῦτα λέγω. ΣΩ. Πότερον οὖν τὸν φρονιμώτερον βελ-
τίω λέγεις; Φάθι ἢ μή. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἀλλ' οὐ

*ἄλλο τι ἢ οὗτος φρον.*] Rursus hic Bekkerus, nescio quo odio innocentis particulae inflammatus, *ἢ* eiecit, quam etiam codd. magna consensione tuentur. conf. ad p. 455. B. 481. C. 496. D. 502. C. et ad Euthyphr. p. 104. ed. min. Lips.

C. *Περὶ σιτία λέγεις —*] *Τί δὲ σιτία* Clark. ex corr. Vind. 2. Par. V. Bodl. Aug. Meerm. Male. Post *σιτία* vulgo additum legitur *σύ*, sed omittunt pronomen Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIW. et novem Florentini. Eorumque sententia utique audienda videtur. Nam videtur *σὺ* ab iis inculcatum esse, qui Graecos et Latinos ignorarent in eiusmodi oppositionibus pronomina subinde omittere. Cuius usus exempla bene multa nuper ad Euthydem. p. 295. A. consignavimus, ubi est: *εἰ γάρ τοι λέληθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις.*

— *ἔχθραν — ἀράμενον.* Ibid. p. 559: *τοσούτων ἀνθρώπων — σὺ παρελθὼν ἀθρόων κατηγόρεις.* De symmor. p. 186. B: *ἀθρόα πολλὰ λαμβάνει.* Xenoph. Anab. V, 2, 1: *οἱ δὲ Κόλχοι — πολλοὶ ἦσαν ἀθρόοι.* v. Schaefer. ad Demosthen. Apparat. T. III. p. 246. not.

C. *ἢ τῷ μὲν ἄρχειν —*] Dativus *τῷ ἄρχειν*, eo quod princeps est, caussam indicat, usu satis frequenti. v. Phaed. 60. B. Crit. 51. D.

*πάντων ἐλάχιστον τῷ βελτίστῳ*] Intell. *ἑκτέον.*

*Περὶ σιτία λέγεις*] Notanda est haec verbi constructio, nec vero cum Hirschigio, qui *Περὶ* deleri iubet, de medio tollenda. Proprie significant haec: sermo tuus versatur circa cibos et potus et medicos, *deine Rede dreht sich um Speisen und Getränke* etc., h. e. pertinet ad etc. Homer. Hymn. in Pan. v. 1: *Ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε, Μοῦσα.* Ibid. Hymn. in Dioscur. v. 1: *Ἀμφὶ Διοσκούρους ἑλικώπιδες ἔσπετε Μοῦσαι.* Plat. Phaedon. p. 109. B: *τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν.* Legg. VI. p. 768. C: *περὶ μὲν δικαστήρια εἴρηκεν.* Xenoph. Mem. I, 1. extr.: *ἀσεβὲς οὐδὲν περὶ τοὺς θεοὺς οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα,* ubi v. Bornemann.



τὸν βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν; ΚΑΛ. Οὐ σιτίων γε οὐδὲ
ποτῶν. ΣΩ. Μανθάνω, ἀλλ' ἴσως ἱματίων, καὶ δεῖ τὸν
ὑφαντικώτατον μέγιστον ἱμάτιον ἔχειν καὶ πλεῖστα καὶ
κάλλιστα ἀμπεχόμενον περιιέναι. ΚΑΛ. Ποίων ἱματίων;
ΣΩ. Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δῆλον ὅτι δεῖ πλεονεκτεῖν τὸν
φρονιμώτερον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον. τὸν σκυτοτόμον E
ἴσως μέγιστα δεῖ ὑποδήματα καὶ πλεῖστα ὑποδεδεμένον
περιπατεῖν. ΚΑΛ. Ποῖα ὑποδήματα; φλυαρεῖς ἔχων;
ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα λέγεις, ἴσως τὰ τοιάδε·
οἷον γεωργικὸν ἄνδρα περὶ γῆν φρόνιμόν τε καὶ καλὸν
καὶ ἀγαθόν, τοῦτον δὴ ἴσως δεῖ πλεονεκτεῖν τῶν σπερ-
μάτων καὶ ὡς πλείστῳ σπέρματι χρῆσθαι εἰς τὴν αὑτοῦ
γῆν. ΚΑΛ. Ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ.
Οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.

D. *Πότερον οὖν τὸν φρ.*] *οὐ* Clark. Vat.

*πλέον δεῖν ἔχειν*] *δεῖ* Vind. 6. Bodl. et Meerm. Item Vind. 1. *πλέον δὴ ἔχειν,* h. e. *δεῖ:* nata enim ea scriptura ex itacismo. Sed infinitivus ex praecedenti *λέγεις* suspensus est.

*Ποίων ἱματίων;*] *Ποίων δὲ ἱματίων;* Flor. a. c. m. o. cum ed. Bas. 2. male.

*τὸν φρονιμώτερον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον*] Bas. 2. et Flor. x. *τὸν φρονιμώτατον,* quod requirebat Heindorf., receperunt etiam alii. Nunc tamen tuendam censemus optimorum librorum scripturam. Nam nec comparativus per se ineptus est, nec eius cum superlativo consociatio aegre ferenda. v. Phileb. p. 55. D. De Republ. VIII. p. 564. B. Bernhardy. Synt. p. 436. Videlicet *φρονιμώτερος* est non tam insipiens.

Aeschylus Suppl. v. 249: *εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.* Quod additur *καὶ φλυαρίας,* saepenumero pluribus rebus enumeratis *φλυαρία, λῆρος, φλήναφος* et similia subiiciuntur per *ἀπροσδόκητον* quoddam. Conf. infra p. 519. A. Phaedon. p. 66. C: *ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησι.* v. Toup. ad Fragm. Longin. p. 400. et Iacobs. Addit. in Athen. p. 49.

D. *Ποίων ἱματίων;*] Quas tu mihi vestes narras? Indignantis haec interrogatio est, cuius exempla dederunt Heusdius Specim. critic. p. 108. Heindorf. ad Phaedr. p. 111. et 133. ad Protagor. p. 365., quibus accedant quae notavi ad Hipp. Mai. p. 285. D. Mox apertiore etiam indignationis significatione dicitur *Ποῖα ὑποδήματα; φλυαρεῖς ἔχων;* de qua formula v. Hermann. ad Viger. p. 777. Matthiae. Gr. §. 567. Germanice haec ita reddas: *Was hast du nur, dass du doch immer von Schuhen schwatzest?* Ante *τὸν σκυτοτόμον ἴσως μ. δ.* nemo copulam desiderabit, qui meminerit membrorum parallelismum aspernari solere orationis vincula.

E. *Ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις —*] In talibus *ὡς* exclamandi habet significationem: Ut tu semper

491 ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ
κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει,
ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ
ἐρεῖς, περὶ τίνων ὁ κρείττων τε καὶ φρονιμώτερος πλέον
ἔχων δικαίως πλεονεκτεῖ; ἢ οὔτε ἐμοῦ ὑποβάλλοντος
ἀνέξει οὔτ᾽ αὐτὸς ἐρεῖς; ΚΑΛ. Ἀλλ᾽ ἔγωγε καὶ πάλαι
λέγω. πρῶτον μὲν τοὺς κρείττους, οἵ εἰσιν, οὐ σκυτοτό-
B μους λέγω οὐδὲ μαγείρους, ἀλλ᾽ οἳ ἂν εἰς τὰ τῆς πόλεως
πράγματα φρόνιμοι ὦσιν, ὅντινα ἂν τρόπον εὖ οἰκοῖτο,
καὶ μὴ μόνον φρόνιμοι, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι, ἱκανοὶ ὄντες
ἃ ἂν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἀποκάμνωσι διὰ μαλα-
κίαν ψυχῆς.

Cap. XLVI. ΣΩ. Ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις,

P. 491. *ἀτεχνῶς γε ἀεὶ*] Clark. *ἀτέχνως*, quod sequutus est Schleiermacherus; sed v. infra.

B. *διὰ μαλακίαν ψυχῆς*] Articulum *τῆς* vulgo ante *ψυχῆς* praefixum om. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 6. 7. Par. V. Flor. b. x. Bodl. Aug. Meerm., quos certas quasdam ob caussas sequuti sumus.

*ἀλλὰ τοτὲ μὲν τ. β.*] Sic codd. optimi quique pro vulgato *ποτέ*, nisi quod plurimi *τότε* exhibent.

eadem dicis! Exempla collegit Heindorf. ad h. l. Conf. infra p. 521. C. De sententia v. Xenoph. Mem. IV, 4, 6. Post *Οὐ μόνον γε* intelligas *ταὐτὰ λέγω*, usu frequenti, de quo v. ad Phaedon. p. 107. B.

P. 491. *Νὴ τοὺς θεούς* —] De hoc Socratis more, qui plus in recessu habebat, quam fronte promitteret, v. Sympos. p. 221. D. E. Xen. Mem. I, 2, 37. — *ἀτεχνῶς* hic fere idem esse quod *ἁπλῶς*, sine exceptione, prorsus, docuit Heindorf. ad Sophist. p. 411. §. 88. Obiter notabis dictionis speciem: *ἀεὶ λέγων — οὐδὲν παύει*. Poterat enim *ἀεί* salva sententia omitti. Cave tamen pleonasmum esse putaveris. Eodem modo infra p. 517. C: *οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιφερόμενοι*. Denique *ὡς — ὄντα τὸν λόγον* abunde illustrabunt annot. ad Phaedon. p. 109. D. Matthiae. Gr. §. 565. 3.

*Οὐκοῦν σὺ ἐρεῖς*] Futurum cohortandi et imperandi potestate positum. v. ad Sympos. p. 172. A. Deinde pro *περὶ τίνων — πλέον ἔχων* vulgaris loquendi ratio *περὶ τίνα* exigebat. Proximorum verborum sententia haec est: an neque me id tibi subiicere permittes, neque ipse dices?

*Ἀλλ᾽ ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω*] Callide se simulat Callicles ea, quae nunc dicturus est, iam antea dixisse, quum tamen longe alia proposuerit. Orditur autem sermonem verbis *πρῶτον μέν*, quum etiam docere vellet, *περὶ τίνων ὁ φρονιμώτερος πλέον ἔχων δικαίως πλεονεκτεῖ*. Sed a Socrate interpellatus orationis cursum non persequitur. — *τοὺς κρείττους, οἵ εἰσιν*, dictum est cum abundantia quadam,



ὡς οὐ ταὐτὰ σύ τ᾽ ἐμοῦ κατηγορεῖς καὶ ἐγὼ σοῦ; σὺ
μὲν γὰρ ἐμὲ φῂς ἀεὶ ταὐτὰ λέγειν, καὶ μέμφει μοι· ἐγὼ
δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταὐτὰ λέγεις περὶ τῶν
αὐτῶν, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους C
τοὺς ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους,
νῦν δ᾽ αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ
σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ᾽, ὦ ᾽γαθέ,
εἰπὼν ἀπαλλάγηθι, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε
καὶ κρείττους καὶ εἰς ὅ τι. ΚΑΛ. Ἀλλ᾽ εἴρηκά γε ἔγωγε
τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀν-
δρείους. τούτους γὰρ προςήκει τῶν πόλεων ἄρχειν, καὶ D
τὸ δίκαιον τοῦτ᾽ ἔστι, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων,
τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων. ΣΩ. Τί δὲ αὐτῶν, ὦ

C. *τούτους γὰρ προςήκει*] Sic Clark. Vat. Ven. Ξ. Par. BFIW. Vind. 1. 6. Flor. a. c. d. m. o. cum Ald. Bas 1. 2. Sed Stephanus *τούτοις* dedit.

D. *Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε;*] V. *Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις;* Locus perquam impeditus ac difficilis. Pro *αὐτῶν* Clark. et Vat. *αὐτῶν*. Dein Clark. *ἑταῖρε, ἢ τί ἀρχομένους;* sed verbis *ἄρχοντας ἢ* in marg. a m. rec.

qualem Callicles in hac oratione sectatur passim. Poterat enim *οἵ εἰσιν* omitti. Latine dixeris: Ac primum quidem praestantiores illos, videlicet quinam sint, non dico sutores aut coquos etc. Heindorfius verba dicta putat pro *τούτους οἵ κρείττους εἰσί*, dubitans tamen, an potior sit Ficini ratio haec ita vertentis: Atque ego iam dudum dico, primo quidem qui potiores sint. Non (enim) cerdones dico etc.

Cap. XLVI. B. *Ὁρᾷς, ὦ β.* —] Vide annot. ad p. 475. E. Ad *ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον* intelligendum remotius illud *κατηγορῶ*, nec probandum quod in aliquot codd. legitur *ἐγὼ δὲ σὲ τοὔν*.

C. *ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων*] H. e. *ἕτερόν τι ἔχεις*. Infra p. 518. A: *ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων κ. τ. λ.* Prorsus ad eundem modum nostrates: *und jetzt kommst du mir wieder mit etwas Anderem.* Deinde pergere poterat: *ἀνδρειότεροι γάρ τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται.* Sed *γάρ* omissum est ex illa loquendi consuetudine, de qua v. Indic. ad T. I. s. v. Asyndeton. — *εἰπὼν ἀπαλλάγηθι*, tandem dicas: *mache, dass du es endlich einmal sagst.*

D. *τοῦτ᾽ ἔστι, πλέον ἔχειν* —] Constructionem attigimus ad p. 469. C. Heindorfium mireris coniecisse *τὸ πλέον ἔχειν*.

*Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑτ. —;*] Olympiodorus: *Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἐπειδὴ ἀσαφῶς προεβάλλοντο καὶ ἀδιαρθρώτως τὰ ὀνόματα, καὶ οἱ δύο ἔλεγον φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ ὅτι τὸ πλέον ἔχουσιν οἱ φρόνιμοι καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ ἄλλως μὲν ὁ Σω-*

ἑταῖρε; τί ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ἕνα ἕκαστον λέγω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχοντα. ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δὲ ἄλλων; ΚΑΛ. Πῶς ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις; ΣΩ. Οὐδὲν ποικίλον, ἀλλ' ὥςπερ οἱ πολλοί, σώφρονα ὄντα καὶ
E ἐγκρατῆ αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ. ΚΑΛ. Ὡς ἡδὺς εἶ! τοὺς ἠλιθίους

additis. Vat. *ἑταῖρε, τί ἢ ἀρχομένους;* Vind. 6. *ἑταῖρε, τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* In Vat. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCEFIW. Florent. Vind. 1. August. scriptum legitur: *τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; τί ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* quam lectionem habent etiam Ald. Bas. 1. 2. Inter hos autem Ven. Ξ. pro *τί ἢ* scribit *τίη*. Ven. Σ. Vind. 2. *ἑταῖρε; τί ἤ; ἢ ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* Flor. c. verba *τί ἢ τί* Callicli

*κράτης τὸ φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον ἐνόει καὶ τὸ πλέον ἔχειν, ἄλλως δὲ ὁ Καλλικλῆς, θέλει ὁ Σωκράτης ἀγαγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἀρετήν, τὴν σωφροσύνην φημί. εἶτα ἐπειδὴ εἶχεν ἀνιαθῆναι καὶ ὁ Καλλικλῆς, οὐκ εὐθέως ἄρχεται ἀπ' αὐτῆς, ἀλλὰ πρότερον λέγει αὐτῷ, ὅτι Τὸν ἄρχοντα τίνος δεῖ πρότερον; ἑαυτοῦ ἄρχειν, ἢ οὔ; Ὁ τοίνυν Καλλικλῆς οὐ νοεῖ τί αὐτῷ λέγει, ἀλλὰ φησίν· ὅτιὴ τοῦτο, ἀντὶ τοῦ τί λέγεις; Πάλιν φησί, ὅτι Δεῖ ἑαυτοῦ ἄρχειν ἢ οὔ; καὶ πάλιν οὐ νοεῖ. Εἶτα πάλιν ἐρωτᾷ. Ὁ δὲ ὑπενόει, ὅτι λέγει αὐτῷ, ὅτι ἑαυτοῦ ἄρχειν ὀφείλειν τὸν μὴ ἔχοντα πρᾶγμα, ἀλλὰ αὐτεξούσιον ὄντα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα πράττοντα. Ὡς τοίνυν οὐ νοεῖ, φησίν, ὅτι Ἀποκαλύπτω σοι καὶ λέγω, ὅτι ἑαυτοῦ λέγω ἄρχειν τὸν τῶν ἐπιθυμιῶν — κρατοῦντα.* Contemplantibus vero nobis hanc annotationem et cum codicum scripturis conferentibus probabile sane olim visum est Platonis manum fuisse hanc: *ΣΩ. Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ΚΑΛ. Τί δή; ΣΩ. Τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; κ. τ. λ.* Quae ne perperam intelligantur, haec iuvabit animadvertere. Pronomen *Τί* in Socratis interrogatione idem est quod *κατά τί*, unde pendet genitivus *αὐτῶν*. Intelligendum autem ex superioribus est *ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων*. Itaque Germanice interpretari haec licebit sic: *In Bezug auf was von ihrem Selbst aber?* (sc. *herrschend und beherrscht*). Ad quae Callicles rem non perspiciens: *Τί δή;* ut etiam supra p. 469. A. interrogatur, h. e. Quid ita? *Wie denn so?* Cui Socrates ipsum iam verbum addens: *In Bezug auf was (von ihrem Ich) herrschend oder beherrscht?* Patet vero intelligendum relinqui: *τὸ δίκαιόν ἐστι* s. *προςήκει τοὺς ἄρχοντας πλέον ἔχειν καὶ τοὺς ἀρχομένους ἔλαττον ἔχειν:* id enim res ipsa requirit. Nimirum ita Socrates callide sermonem traducit ad temperantiae virtutem. Scholiastes ad h. l.: *Ὁ Καλλικλῆς συνεὶς τούτων οὐδέν, ὑπολαβὼν δὲ διαίρεσίν τινα περιέχειν τὴν ἐρώτησιν τοῦ Σωκράτους, ἀξιοῖ σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν, τί ποτέ ἐστιν ἑκάτερον ὧν ἀντιδιαιρεῖν βούλεται. διόπερ φησὶ τί ἢ τί;* Inde Heindorfius suspicatus est legendum esse: *ΣΩΚΡ. Τί δέ; αὐτῶν — ἀρχομένους; ΚΑΛΛ.*



λέγεις τοὺς σώφρονας. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅςτις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὕτω λέγω. ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο ἄνθρωπος δουλεύων ὁτῳοῦν; ἀλλὰ τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, ὃ ἐγώ σοι νῦν παῤῥησιαζόμενος λέγω, ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς βιωσόμενον τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι καὶ μὴ κολάζειν, ταύταις δὲ

tribuit. Bekkerus auctoritate Par. V. verba *ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους* delevit. v. ann. infra.

E. *Πῶς γὰρ οὔ;*] Haec verba Ald. Bas. 1. 2. Bekkerus cum Par. F. retulerunt ad Calliclis orationem. Mox pro *οὐ τοῦτο* Clark. Vat. et rec. Ven. Σ. *οὕτω*. Id nunc reposuimus, alioquin scribendum *ὅτι τοῦτο λέγω*. Ceterum Turr. et Herm. duce Ficino correxerunt: *Πῶς γάρ; οὐδεὶς ὅςτις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὐ τοῦτο λέγω.* v. ann. *Τί ἢ τί; πῶς λέγεις;* Idem tamen in re incerta nihil temere loco movendum ratus vulgatam lectionem sic defendit, ut post *τί δέ* distinxerit et pro *αὐτῶν* scripserit *αὑτῶν* ad quod animo intelligi voluit *ἄρχοντας*. Itaque haec: *τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* breviter dicta censet pro *τίνων ἄρχοντας ἢ ὑπὸ τίνων ἀρχομένους;* neque enim hoc *τί* pro *κατὰ τί;* quanam in re? *inwiefern?* quenquam esse offensurum. Astius scribendum proposuit: *Τί δὲ αὐτῶν; ἄρχοντας ἢ τι ἀρχομένους;* Hermannus de suo scripsit: *Τί δέ; αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; τί οἴει; ἄρχοντας κ. τ. λ.*

*ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ*] Exspectabas *τούτου*, quod Findeisenius invitis libris reposuit. Sed apte comparavit Heindorf. Theaet. p. 184. B: *δεῖ δὲ οὐδέτερα.* Aristoph. Ecclesiaz. v. 305 seqq. ed. Dind.: *ὡς ἂν χειροτονῶμεν ἅπανθ' ὁπόσ' ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας*, qui locus praeteriit Elmsleium ad Euripid. Med. v. 552. annot., ubi *δεῖ τινά τι*, opus est alicui aliqua re, Graecum esse negat, usum loquendi in hac constructione certe dativum personae requirere existimans. Rann. v. 1368: *ἴτε δεῦρο νῦν, εἴπερ γε δεῖ καὶ τοῦτό με, ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τέχνην.* De accusativo rei huic verbo iungi solito v. etiam Xenoph. Cyrop. IV, 3, 3: *ὅσα δεῖ ἵππους ἔχουσι*, quem locum unus Fischerus recte intellexit. Mox *Οὐδὲν ποικίλον* recte interpretatur Heindorfius: Nihil varium subdolumque, quod ambagibus facile deludat et difficilem habeat explicatum. vid. Sympos. p. 182. B. Tim. p. 59. C. Phileb. p. 53. E. Menon. p. 75. E. Cratyl. p. 393. D.

E. *Ὡς ἡδὺς εἶ!*] Quam suavis, i. e. quam ineptus, quam ridiculus, es! Dictum cum Attica irrisione, ut Reip. I. p. 337. D. Euthyd. 300. A. Theaet. 209. E. al. v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 131. Proxima verba: *τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας*, sic intelligas: temperantes dicis (intelligis) illos, qui stolidi sunt, unde apparet, cur articulus additus sit. Paullo ante p. 491. C: *ἀλλὰ τοτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους τοὺς ἰσχυροτέρους* (eos qui validiores essent) *ὡρίζου.* Legg. I. p. 633. E: *τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον τοῦτον τὸν ἐπονειδίστως ἥττονα*

492 ὡς μεγίσταις οὔσαις ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν δι' ἀνδρείαν
καὶ φρόνησιν καὶ ἀποπιμπλάναι ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία
γίγνηται. ἀλλὰ τοῦτ', οἶμαι, τοῖς πολλοῖς οὐ δυνατόν·
ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους δι' αἰσχύνην, ἀποκρυπτό-
μενοι τὴν αὑτῶν ἀδυναμίαν, καὶ αἰσχρὸν δή φασιν εἶναι
τὴν ἀκολασίαν. ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐγὼ ἔλεγον, δου-
λούμενοι τοὺς βελτίους τὴν φύσιν ἀνθρώπους, καὶ αὐ-
τοὶ οὐ δυνάμενοι ἐκπορίζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν

P. 492. *δι' ἀνδρείαν*] Tenent formam *ἀνδρείαν* cum Steph. libri nostri meliores omnes, in quibus est etiam Clark. Bekkerus lectore non monito cum Ald. Bas. 1. 2. *ἀνδρίαν* scripsit. Sed *ἀνδρία* proprium videtur posterioris atticismi; apud Platonem autem, cuius tamen codd. multum dissentiunt, *ἀνδρεία* praeferam, quod ductum est ab Ionico *ἀνδρηΐη*. Sed *ἀνανδρία* unice verum, quippe quod ab adiectivo *ἄνανδρος* derivatum est. conf. ad Apolog. Socr. p. 35. A. et ad Cratyl. p. 413. D. seq., ubi *ἀνδρεία* ab *ἄνω ῥεῖν* deducitur, et infra p. 495. C.

*ἐν τοῖς πρόσθεν*] V. *ἔμπροσθεν* adversantibus Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Aug. Bodl. Meerm.

*ἑαυτοῦ λέγομεν.* Sic intelligas etiam Lachet. p. 195. D: *ὅτι γε τοὺς μάντεις καλεῖ τοὺς ἀνδρείους.* Theaet. p. 145. D: *ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ σοφώτερον γίγνεσθαι;* quos locos comparavit Heindorfius. In proximis viri docti magnopere haeserunt, quandoquidem pro *ὅτι οὕτω λέγω* vulgo scribebatur *ὅτι οὐ τοῦτο λέγω.* Itaque alii verba: *Πῶς γὰρ οὔ;* traxerunt ad Calliclis orationem, nomine Socratis ante *οὐδεὶς ὅστις οὐκ κ. τ. λ.* interposito; alii autem pro *Πῶς γὰρ οὔ;* scribendum putarunt *Πῶς γάρ;* quod ita factum ab Routhio et Astio est. Sed omnia optime procedunt, ubi ex optimis libris, Clarkiano et Vaticano, pro *οὐ τοῦτο* restituerimus *οὕτω.* Ita enim sententia loci emergit haec: CALL. Suavis es, o bone! temperantes dicis stolidos illos homunciones, qui cupiditates suas coercent neque eas ullo modo explere conantur. Quod Socrates urbane concedit ideoque respondet sic: Quidni vero? quilibet enim intelligat ita me sentire. His vero auditis Callicles acerbius etiam regerit: Sane quidem ita sentis, hoc est, stolidos illos temperantes dicis; sunt enim illi revera stolidi, quandoquidem nemo potest esse beatus, qui aliis serviat neque cupiditatibus suis indulgeat. Hic igitur totius loci sensus est: quem quia critici non perceperunt, quae essent integerrima misere depravarunt. Ceterum sententiam loci, non singula verba, expressimus, quod monemus ideo, quia fuerunt qui suo ipsi parcentes otio talia protenus calumniarentur.

P. 492. *ὅπερ ἐν τοῖς — ἔλεγον*] Conf. p. 483. B. C. Referas igitur haec ad verba proxima: *δουλούμενοι τοὺς βελτίους κ. τ. λ.* Quae quidem



ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην διὰ τὴν B
αὑτῶν ἀνανδρίαν. ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασι-
λέων υἱέσιν εἶναι ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς ἐκπορί-
σασθαι ἀρχήν τινα ἢ τυραννίδα ἢ δυναστείαν, τί τῇ
ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς
ἀνθρώποις; οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν καὶ μηδε-
νὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο
τὸν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψό-

*οὐ δυνάμενοι ἐκπ.*] V. *ἐκπ. οὐ δ.* invitis codd. praeter Par. E F. fere omnibus.

B. *κάκιον εἴη σωφροσύνης*] Flor. x. *σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης.* Et ita antea utrumque coniungebat Callicles: *ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην,* ac deinceps: *ὑπὸ τοῦ καλοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης.* Edit. Bas. 2: *τῶν ἀγαθῶν καὶ δικαιοσύνης καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος.* Vides verba *καὶ δικαιοσύνης* alieno loco esse interposita: erroris fontem iam Routhius detexit. Nolui tamen nunc invitis ceteris codd. istud *καὶ δικαιοσύνης* recipere.

*καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος*] *καί,* quod codd. longe plurimi cum Clark. Vat. Coisl. et Ven. Σ. tuentur, in vett. editt. omissum

verborum connexio quo facilius appareret, ante *ὅπερ* loco commatis maiorem posui distinctionem. Nam vulgo haec perperam distinguuntur sic: — *τὴν ἀκολασίαν, ὅπερ — ἔλεγον· δουλούμενοι κ. τ. λ.* Vitium ex parte sustulit Heindorfius, qui post *ἔλεγον* commate interpunxit, ante *ὅπερ* minorem distinctionem reliquit. Quum autem haec inserviant verbis superioribus accuratius illustrandis, nemo erit, opinor, qui scribendum opinetur: *ὅπερ γὰρ ἐν τ. πρ. ἐγὼ ἔλεγον.* v. Indic. ad T. I. s. v. Asyndeton. Paullo ante *αἰσχρὸν δή φασιν* est: turpem scilicet dicunt. Habet enim *δή* ironiae significationem, ut sexcenties.

*ἐκπορίζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν*] H. e. ullam rationem explendarum cupiditatum invenire. Infra p. 494. C: *τὰς — ἐπιθυμίας ἁπάσας — πληροῦν.*

B. *ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς —*] De accusativo post dativum illato v. praeter alios Elmslei. ad Eurip. Heraclid. v. 693. ad Med. p. 169. not. 9. Ast. ad Legg. p. 158. nostra ad Sympos. p. 176. D. Matthiae. §. 536. Pro *ἐπεί γε οἷς* ne quis cum Heindorfio scribendum putet *ἐπεὶ οἷς γε,* legenda est brevis illa Hermanni annotatio ad Viger. p. 785.

*τί τῇ ἀληθείᾳ — κάκιον εἴη*] quid quis putet revera turpius esse etc. Ne quis hic et in proximis *ἄν* desideret, v. quae id genus alia collegimus ad Alcibiad. I. p. 132. B. et Lachet. p. 190. B. Optativus sine *ἄν* quomodo intelligendus sit, exposuit Hermannus De part. *ἄν* p. 157. conf. Rost. Gr. §. 120. Bernhardy. Synt. p. 411. Facile tamen scripseris — *ἂν εἴη.*

*οἷς ἐξὸν ἀπ. —*] Casus pronominis more fere constanti participio accommodatus est, quum deberet verbo finito, hoc fere

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

493 καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ

P. 493. *ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκ.*] *ὅπερ* om. Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFW. Flor. a. b. c. f. m. o. x. Stob. Eclogg. Eth. Serm. 120. S. 118. Trincav. et edit. Bas. 2. Quae omissio pronominis unde orta sit, infra significavimus. Herm. cum Badhamo l. c. corr. *ἢ δὴ* pro *ἤδη*, quod sententiae non videtur satis convenire.

*ἐστιν ἡμῖν σῆμα*] V. *ἡμῶν* invitis plerisque codd.

*ἐν ᾧ ἐπιθυμίαι*] Steph. *ἐν ᾧ αἱ ἐπ.*, ut habet cum paucis Stobaeus Sermon. CXX. et Iamblichus Protrept. Orat. c. 17. mutatis tamen iis, quae consilio suo minus responderent.

*λέγων· τίς δ' οἶδεν —*] Scholiasta versus sumtos censet e Phrixo fabula, sed magis est verisimile eos ex Polyido esse depromtos. v. Gataker. Advers. misc. c. X. p. 523. Bentlei. Epist. ad Millium p. 31. et quos laudavit A. Matthiae. Fragm. Eurip. p. 311.

P. 493. *ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τ. σ.*] Male codd. aliquot *ὅπερ* omittunt. Quippe visum est criticis abundare. At solet post pronomen relativum non raro addi sententia, qua eius vis uberius ac fusius illustretur. v. ad p. 500. C. De sententia: *ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν*, Clemens Alexandr. Strom. p. 434: *τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος θάνατον μὲν γένεσιν καλεῖ; Πυθαγόρας δὲ καὶ τῷ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτει ἐμφερῶς, ἐν οἷς φησιν· θάνατός ἐστιν ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέωμεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος.* Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. III, 24: *ὁ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τετάφθαι· ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν.* Quae iam Findeisen. comparavit. Proxima sententia: *τὸ σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα*, attingitur etiam Cratyl. p. 400. B: *καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι.* Ad quem locum Theodoretus Graec. Affect. Cur. V. p. 544. a Routhio laudatus ita commentatur: *Σύμφωνα δὲ τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη. λέγει δὲ ὧδε· μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, ὡς διά τινας τιμωρίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται.* Haec Philolao vindicare studuit Boeckhius De Philolao p. 181 seqq. Nimirum transiit sententia ab Orphicis ad Pythagoreos: quam originem eius testatur auctor locupletissimus. Nam ipse Plato Cratyl. l. c.: *δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσιν.* conf. Lobeck. Aglaopham. p. 795 seqq.

*τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ ἐπιθ.*] ea animi pars, quae alibi vocatur *τὸ ἐπι-*



ἐπιθυμίαι εἰσί, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω· καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους· τῶν δ' ἀμυήτων

aliis Par. E. rec. Dein *ἄνω κάτω* Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. V. Flor. x. Meerm. Stob. Vett. editt. *ἄνω καὶ κάτω*.

*ἴσως Σικελός τις*] Bas. 2. et codd. aliquot *σικελικός*. male.

*καὶ πιστικὸν ὠν.*] Sic Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 7. Par. W. Flor. s. Bodl. Meerm. Stob. Iamblich. pro vulg. *πειστικόν*, quod hic quoque tenuit Herm. reluctans adeo Clarkiano suo unice dilecto.

*θυμητικόν*. De animi natura eiusque partibus disputat philosophus De Republ. IV. p. 439 — 441. IX. p. 580. D. Tim. p. 69. 70. cf. Alcinous De Doctr. Platon. c. 23. 24. Laert. Vit. Platon. III. §. 67. Davis. ad Cicer. Tusculan. II, 20 IV, 5. Proxima sic intelligas: *τυγχάνει ὂν τοιοῦτον, ὥστε ἀναπείθεσθαι* (h. e. modo sic, modo aliter persuaderi) *καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω.*

*καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν —*] Hoc dicit: atque hoc placitum de cupiditatum inconstantia ac temeritate aliquis in fabulam mutans *τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς* appellavit *πίθον* s. cadum, quia ei proprium esset *τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικόν*; insipientium autem et intemperantium animum dixit cadum perforatum, quia horum cupiditates nunquam explerentur. Vides sententiam esse satis perspicuam. Sed de singulis eius partibus explicandum utique est accuratius. Quaeritur autem ante omnia, quis sit iste *κομψὸς ἀνήρ*, cui haec fabula tribuitur. Et Boeckhio quidem l. c. p. 186 seqq., cui suffragatur Susemihl. *Genet. Entwickel. der Plat. Philosoph.* I. p. 108 seq., ea videtur Philolao auctori tribuenda esse. Quod ego vereor ut recte fieri queat, quandoquidem ita parum commode adderentur verba *ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός*. Quo diutius locum considero, eo magis in ea confirmatur animus sententia, ut non tam Pythagoreorum quam Pythagoristarum atque Orphicorum docendi rationem, propter mythorum involucra tenebris repletam et perobscuram, notari existimem. Inter quos quum recenseatur imprimis Empedocles, id quod docuit Sturzius in Empedocle p. 13 seqq. et p. 19 seq., haud sane temere scholiastes et Olympiodorus ad h. l.: *οἷον Ἐμπεδοκλῆς· Πυθαγόρειος γὰρ ἦν οὗτος. ὑπῆρχε δὲ Ἀκραγαντῖνος.* Docuit enim hic teste Simplicio ad Aristot. De Coelo p. 129. *μυθικώτερον ὡς ποιητής.* Nec sine caussa hunc potissimum Plato respexit. Constat enim ipsum Gorgiam eius disciplinae addictum fuisse, unde etiam Socrates in Menone p. 76. A. seqq. leniter ridet Gorgiae discipulum Empedoclea quaedam placita cupide amplectentem. Itaque notando Empedocle simul ipse Gorgias eiusque discipuli notantur, ut pateat hunc mythum

B τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὖ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας. τοὐναντίον δὴ οὗτος σοί, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται, ὡς τῶν ἐν Ἅιδου — τὸ ἀειδὲς

B. οὖ αἱ ἐπιθυμίαι] Recte hic inserunt articulum vulgo

non temere hic interponi. Tecte autem et cum leni ironia Empedoclem significans addit haec: ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός. Videlicet utroque nomine ille potuit recte appellari; nam etsi Siculus erat, tamen a familia Italica, quam maxime sequebatur, nomine Italici non videbatur indignus. Quae si vera sunt, facile etiam apparet, quo iure Groen van Prinsterer Prosopographia Platon. p. 39. verba ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός in glossematis suspicionem adducere studuerit. Ceterum verissime Schleiermacherus ad h. l.: „*Uebrigens ist es wohl sehr wunderlich, dieses grade für heiligen pythagoreischen Ernst zu nehmen, und einen grossen Werth darauf zu legen, was Platon selbst nicht thut, indem er voraussagt, dass er damit nichts ausrichten werde, wie es denn weder Zustimmung des Verstandes noch Umstimmung des Gemüthes hervorbringen kann; sondern auch hier ist ein guter Theil leiser Scherz über die wohlgemeinte, aber unfruchtbare Kostbarkeit und Schwerfälligkeit solcher Dinge, und er will zeigen, wie er nicht eher weiter kommt mit seinem Gegner, bis er wieder zu seiner einfachen und schlichten Methode zurückkehrt.*" — κομψός de philosophis frequens apud Platonem, plerumque tamen habet aliquid ironiae Socraticae, ut magis de nimia et adscita venustate et elegantia intelligendum sit quam de vera et naturali. v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 162. Neque hoc loco vacat irrisione, si quidem Empedocles eiusque adsectatores propter obscuram docendi rationem carpuntur. Aliter tamen iudicavit Heindorfius, qui vocem hic sine ironia positam arbitratur. — παράγων τῷ ὀνόματι, nomen paullulum mutans atque flectens. Usus verbi quum alibi tum in Cratylo frequens. — διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικόν. Nam τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω. De forma πιστικόν v. p. 455. A. — τοὺς ἀνοήτους intelligit intemperantes, lubidinibus indulgentes. vid. interpp. ad Aristophan. Nubb. v. 416. Hos vero ἀμυήτους vocat respiciens ad vocis originem. Ducitur enim a v. μύειν claudere, unde dicti sunt μύσται, quoniam teste Eustathio ad Iliad. ω'. p. 1492. ed. Basil. τοῖς μύσταις ἀνάγκη μύειν τὸ στόμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται. Itaque οἱ ἀμύητοι nunc duplici sensu dicuntur, ut intelligantur non solum ii, qui sacris non sunt initiati, sed etiam illi, qui nihil claudunt, nihil continent et quasi rimosi sunt atque hiscentes διὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀκόλαστον καὶ οὐ στεγανόν. — Proxima vitio laborare censet Heindorfius. Nam ista: τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, propter additum αὐτοῦ molestiam creant. Nam si αὐτοῦ refers ad τοῦτο τῆς ψυχῆς, huic rationi ipse philosophus adversatur, qui totum



δὴ λέγων — οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι, καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ· τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει, ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι· τὴν δὲ ψυχὴν κο- C

male omissum Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 7. BCIVW. Flor. a. b. c. m. o. x. Bodl. Meerm. Stob.

illud ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς ἀκόλαστον esse statuit; sin autem illud ad solum ψυχῆς pertinere putas, magna certe oritur orationis obscuritas et molesta verborum redundantia. Quocirca facile quis assentiatur Heindorfio, qui scriptum fuisse coniicit διὰ τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ, quamquam scrupulum iniicit librorum omnium de vulgata lectione consensio. Itaque τὸ ἀκόλαστον — στεγανόν paene adducimur ut praecedenti τοῦτο τῆς ψυχῆς per appositionem subiungi putemus hoc sensu: illam partem animi, in qua insunt cupiditates, videlicet τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν. Hanc rationem, si recte intellexi, nuper etiam Voegelinus commendavit. Astius totum hoc τὸ ἀκ. αὐτοῦ καὶ οὐ στεγ. eiici vult. — Pro ὡς τετρημένος εἴη πίθος exspectabas accusativum τετρημένον πίθον (sc. ὠνόμασε). Sed mutata est constructio atque conformata κατὰ τὸ νοούμενον. Adduntur enim haec: ὡς τετρ. εἴη πίθος, quasi praecessisset ἔλεγε, quod ex illo ὠνόμασε facile intelligas. Constructionis rationem egregie perspexit Heindorfius.

B. ὡς τῶν ἐν Ἅιδου —] τὸ ἀειδὲς nunc ad τὸ ὁρατὸν refertur neque tenebricosum quid significat, sed id, quod non est adspectabile. cf. Phaedon. p. 50. D. et 81. C., ubi item τὸ ἀειδές et ἅδου opponitur τῷ ὁρατῷ, et Cratyl. p. 403. A. Addit autem haec Socrates, ut doceat fabulam illam de misero inferorum statu intelligendam esse de vita intemperantium et lubidinosorum, qui quum cupiditatibus perpetuo indulgeant, tamen eas nunquam explere et satiare possint. Crescit enim indulgens sibi dirus hydrops, nec sitim pellit, nisi caussa morbi fugerit venis. — οἱ ἀμύητοι, ii, qui non sunt initiati, mythologo rursus sunt intemperantes et incontinentes: ludit enim in originatione vocabuli. De felicitate eorum, qui mysteriis initiati essent, miseraque τῶν ἀμυήτων conditione v. ad Phaedon. p. 69. C. — ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκ., h. e. cribro item perforato. Nam cum vi repetitur τετρημένῳ. De ἑτέρῳ τοιούτῳ v. Indic. T. I. s. v. ἕτερος. — Respici a Platone ad nobilissimam illam fabulam Danaidum neminem fugit. Eandem vero poenam a poetis in impios et iniustos constitui refert philosophus De Republ. II. p. 363. D.

τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει — τὴν ψυχὴν εἶναι] Cribrum iudicavit esse animam. Intemperantium autem et insipientium animam dixit cribro similem esse quippe quasi perforatam, ita ut nihil continere in se possit δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην, quae verba recte interpretatur Olympiodorus: ἀπιστίαν μὲν τῷ μηδὲ ὅλως παραδέχεσθαι, λήθην δὲ τῷ παραδέχεσθαι μέν, ἐπιλανθάνεσθαι δέ. Lepide dixit ἀπιστίαν, quo alludit ad πίθον, πιθανόν et

σκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα, δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος, ἐάν πως οἷός τε ὦ, πεῖσαι μεταθέσθαι ἀντὶ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν κοσμίως καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἑλέσθαι. ἀλλὰ πότερον πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι εὐδαιμονεστέρους
D εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολάστων, ἢ οὐδ' ἂν ἄλλα

C. *ἀπείκασε τὴν τ.*] Bekkerus ex uno Par. W. *ἀπῄκασε*, quod convenit cum praeceptis veterum grammaticorum; v. Valcken. ad Phoeniss. v. 165. Sed meliora docuit Buttmann. Gr. ampl. I. p. 328. Matthiae. ad Eurip. Phoen. v. 162. Etiam Symp. p. 216. C. libri omnes *εἴκασα*.

*δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην*] Schleiermacherus coni. *δι' ἀπληστίαν*, consentiente Dobraeo Adversar. T. I. p. 153. Sed. v. ann.

*βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος*] Sic pro vulg. *ἐνδείξασθαι* codd. fere omnes cum Clark. et Vat. Dein post *μεταθέσθαι* Par. V. addit *καί*, quod recepit Bekker. Sed eo non opus esse docebit subtilior loci interpretatio.

*ἀναπείθεσθαι*. Germanice dixeris *die Unfasslichkeit (des Fasses)*. Ad *ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν* ne quis addendum putet *οὐδέν*, conf. p. 485. E: *ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι*, ubi item ex praecedenti *μηδέποτε* intelligas *μηδέν*. Verbum *στέγειν* frequens est de vasis aquam propter rimas vel foramina non continentibus, ut De Republ. X. p. 621. A. IX. p. 586. B. De animo plane ut h. l. dicitur Legg. IV. p. 714. A.

C. *ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα*] Germanice dicas: *Dieses ist nun freilich einigermaassen sonderbar*. Nam *ὑπό τι* est aliquatenus, propemodum, quodammodo, ut Phaedr. p. 242. D. Xenoph. Cyrop. IV, 1, 13. ed. Schneid. Aristoph. Vespp. v. 1290. et saepius. — *ἐπιεικῶς* autem ne explicuerim cum Heindorfio: satis, admodum, *ziemlich*; habet illud vim affirmandi atque concedendi, ut Lat. utique, sane quidem, et Germ. *freilich*. Etenim illa significatione ubi acceperis, mirum videatur necesse est istud *ὑπό τι* post *ἱκανῶς* illatum. Fuit autem nuper qui *ἐπιεικῶς* deletum iret, scilicet ubique ille odoratus in talibus temeraria glossemata. Badhamus in Schneidewin. Philolog. X. p. 730. legit *ἀπεικασμέν'* pro *ἐπιεικῶς μέν*. Pro *ὑπό τι* etiam plenius dicitur *ὑπό τι σμικρόν*, de quo v. Casaubon. ad Strabon. II. p. 209. Dobraeus ad Aristoph. Vespp. p. 586. ed. Lips.

*ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος*] Vulgata lectio: *—βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι, ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι μεταθ.*, hoc habet incommodi, quod verba *ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι* non apte cohaerent cum his: *βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι*. Verissime libri mss. magno consensu *ἐνδειξάμενος*, quo restituto post *οἷός τε ὦ* commate distinximus orationem. Nam structura sermonis haec est: *ὃ ἐγώ σοι ἐνδειξάμενος βούλομαι — πεῖσαι μεταθέσθαι*, quo probando ego, si possim, persuadere tibi cupio, ut sententia mutata statuas pro vita intemperanti eligi oportere temperantiam. Ceterum Coraes coniec. *πεῖσαί σε μεταθέσθαι*.

*καὶ μετατίθεσαι εὐδαιμονεστέρους εἶναι —*] et mutata sententia statuis feliciores esse etc. v. Heindorf. ad h. l. et nostra ad Euthyphron. p. 9. D.

D. *ἢ οὐδ' ἂν — οὐδέν τι μᾶλλον*] De negatione post *οὐδέ* repetita v. annot. ad Reip. IV. p. 426. B.

P. 506. *οὐ δοκεῖ — χρῆναί πω ἀπιέναι*] Sic *πὼ* legitur a negandi particula longius remotum Menon. p. 72. D: *οὐ μέντοι ὡς βούλομαί γέ πω κατέχω.* Ibid. p. 83. E: *οὐδ' ἄρα ἀπὸ τῆς τρίποδός πω γίγνεται.* Lys. adv. Agorat. §. 31. ed. Bremi: *ὥστ' οὐκ ἐδόκει αὐτοῖς ἅπαντα τἀληθῆ πω κατηγορηκέναι.* Proxima sic intelligas: manifestum est autem etiam ceteris ita videri.

B. *ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ — ἀπέδωκα*] Respicitur ad p. 485. E. seqq. Vere schol.: *τὸν ὑπὲρ φιλοσοφίας λόγον βουληθῆναι ἄν φησιν ἀποδοῦναι Καλλικλεῖ, ὥςπερ ὁ 'Αμφίων τῷ Ζήθῳ τὸν ὑπὲρ μουσικῆς παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ.* Callicles enim sumta

ἐμοί, ἀλλὰ μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψει.
ΚΑΛ. Λέγε, ὦ 'γαθέ, αὐτὸς καὶ πέραινε.
Cap. LXII. ΣΩ. Ἄκουε δὴ ἐξ ἀρχῆς ἐμοῦ ἀνα-
λαβόντος τὸν λόγον. Ἆρα τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ
αὐτό ἐστιν; Οὐ ταὐτόν, ὡς ἐγὼ καὶ Καλλικλῆς ὡμο-
λογήσαμεν. Πότερον δὲ τὸ ἡδὺ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ
πρακτέον, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἕνεκα τοῦ ἡδέος; Τὸ ἡδὺ ἕνεκα
τοῦ ἀγαθοῦ. Ἡδὺ δέ ἐστι τοῦτο, οὗ παραγενομένου ἡδό-
D μεθα; ἀγαθὸν δέ, οὗ παρόντος ἀγαθοί ἐσμεν; Πάνυ γε.
Ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γέ ἐσμεν καὶ ἡμεῖς καὶ τἆλλα πάντα
ὅσα ἀγαθά ἐστιν, ἀρετῆς τινος παραγενομένης; Ἔμοιγε
δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, ὦ Καλλίκλεις. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἥ
γε ἀρετὴ ἑκάστου, καὶ σκεύους καὶ σώματος καὶ ψυχῆς
αὖ καὶ ζώου παντός, οὐ τῷ εἰκῇ κάλλιστα παραγίγνεται,
ἀλλὰ τάξει καὶ ὀρθότητι καὶ τέχνῃ, ἥτις ἑκάστῳ ἀποδέ-
δοται αὐτῶν. ἆρα ἔστι ταῦτα; Ἐγὼ μὲν γάρ φημι.
E Τάξει ἄρα τεταγμένον καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ
ἑκάστου; Φαίην ἂν ἔγωγε. Κόσμος τις ἄρα ἐγγενόμενος
ἐν ἑκάστῳ ὁ ἑκάστου οἰκεῖος ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον

C. *αὐτὸς καὶ πέραινε*] Steph. *αὐτὸ* invitis codicibus.
D. *οὐ τῷ εἰκῇ κάλλιστα*] Editt. omnes *οὐχ οὕτως εἰκῇ*. Sed *οὐχ* om. Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIV. Pro *οὕτως* autem *οὐ τῶν* exhibent Coisl. Par. BCEFIV. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. Iamblich. Protrept. c. 19. Vind. 6. *οὔ τοι εἰκῇ*. Hinc sponte prodit *οὐ τῷ εἰκῇ*, quod amplexi sunt etiam Turr. Herm.
*Ἐγὼ μὲν γάρ φημι*] V. *γὰρ δή φημι*. Sed *δή* om. Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. IV. Flor. b. x. Bodl. Meerm. Iambl.

Zethi persona Socratem a philosophiae studio dehortatus erat, quemadmodum ille Amphiona fratrem a musices tractatione. Itaque Socrates se nunc ait Amphionis partes agere voluisse atque vicissim Calliclem ad philosophiae studium cohortari. De *ἕως* praecedente indicativo cum *ἄν* copulato rursus cum indicativo aoristi coniuncto v. Matth. Gr. ampl. §. 522.

C. *μέγιστος εὐεργέτης — ἀναγεγράψει*] Nomen *εὐεργέτου* tam erat honorificum apud Graecos, ut illud non raro principes aliarum civitatum expeterent. v. De Rep. I. p. 344. E. Quando autem Athenienses aliquem eo honore mactabant, dicebatur illud *ἀναγράφειν* et *ἀνακηρύττειν τινὰ εὐεργέτην τῆς πόλεως*. Hinc dictio abiit in proverbium: de qua re v. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. p. 367. ad Contemplat. §. 24. Wolf. ad Dem. Leptin. p. 283. Dorvill. ad Charit. p. 317. 624. et interpp. ad Thucyd. I, 129.

Cap. LXII. *ἐμοῦ ἀναλαβόντος τὸν λόγον*] Vid. ad Criton. cap. VI. Ceterum recte



τῶν ὄντων; Ἔμοιγε δοκεῖ. Καὶ ψυχὴ ἄρα κόσμον
ἔχουσα τὸν ἑαυτῆς ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου; Ἀνάγκη.
Ἀλλὰ μὴν ἥ γε κόσμον ἔχουσα κοσμία; Πῶς γὰρ οὐ
μέλλει; Ἡ δέ γε κοσμία σώφρων; Πολλὴ ἀνάγκη. Ἡ 507
ἄρα σώφρων ψυχὴ ἀγαθή. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω παρὰ
ταῦτα ἄλλα φάναι, ὦ φίλε Καλλίκλεις· σὺ δ' εἰ ἔχεις,
δίδασκε. ΚΑΛ. Λέγ', ὦ 'γαθέ. ΣΩ. Λέγω δή, ὅτι, εἰ
ἡ σώφρων ἀγαθή ἐστιν, ἡ τοὐναντίον τῇ σώφρονι πε-
πονθυῖα κακή ἐστιν. ἦν δὲ αὕτη ἡ ἄφρων τε καὶ ἀκόλα-
στος; Πάνυ γε. Καὶ μὴν ὅ γε σώφρων τὰ προσήκοντα
πράττοι ἂν καὶ περὶ θεοὺς καὶ περὶ ἀνθρώπους; οὐ
γὰρ ἂν σωφρονοῖ τὰ μὴ προσήκοντα πράττων; Ἀνάγκη
ταῦτ' εἶναι οὕτω. Καὶ μὴν περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ
προσήκοντα πράττων δίκαι' ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς B
ὅσια· τὸν δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοντα ἀνάγκη δί-
καιον καὶ ὅσιον εἶναι; Ἔστι ταῦτα. Καὶ μὲν δὴ καὶ
ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη; οὐ γὰρ δὴ σώφρονος ἀνδρός ἐστιν
οὔτε διώκειν οὔτε φεύγειν ἃ μὴ προσήκει, ἀλλ' ἃ δεῖ
καὶ πράγματα καὶ ἀνθρώπους καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας

P. 507. *παρὰ ταῦτα ἄλλα*] *περὶ* ed. Bas. 2.
*ἄφρων τε καὶ ἀκόλαστος*] V. *καὶ ἡ ἀκ.*, quod solus fere Par. E. tenet. Dein Vind. 6. Flor. x. *σωφρονοίη*. Sed nec alteram formam Atticis infrequentem esse constat. v. infra p. 510. C. D. 520. E. De Rep. 557. D. conf. Valcken. ad Hippolyt. p. 220. et de Platone Schneider. ad Remp. T. I. p. 77.
B. *ἀλλ' ἃ δεῖ*] Libri *ἀλλὰ δεῖ*, quod emendavit Heindorf.

schol. *ἐντεῦθεν*, inquit, *ὁ Σωκράτης ἑαυτῷ ἀποκρίνεται*.

D. *οὐ τῷ εἰκῇ κ.*] non fortuito atque casu, cui opponitur deinde *τάξει καὶ ὀρθότητι καὶ τέχνῃ*. Phil. p. 28. D: *τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ εἰκῇ δύναμιν*. Tim. p. 34. C: *μετέχοντες τοῦ προστυχόντος καὶ εἰκῇ*. In Sophist. p. 225. B. scribendum: *εἰκῇ δὲ καὶ ἀτέχνως περὶ αὐτὸ πράττεται*. Legitur enim vulgo perperam *ἀτεχνῶς*. Ceterum Coraes suffragante Hirschigio *κάλλιστα* eliminandum censet, quod tamen ex eo paratam habet defensionem, quod *ἀρετή* modo latissimo sensu dicta est, ut etiam rebus sit attributa.

P. 507. *παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι*] Phaedon. p. 107. A: *οὔκουν — ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν*, ubi v. annot.

B. *ἀλλ' ἃ δεῖ καὶ πρ. —*] „Inter alias temperantiae definitiones tribuitur haec Platoni: *ἕξις, καθ' ἣν ὁ ἔχων αἱρετικός ἐστι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή*, Aristotelesque in ipso fine libr. III. Eth. Nicom. haec scribit: *ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε*." ROUTH.

φεύγειν καὶ διώκειν, καὶ ὑπομένοντα καρτερεῖν ὅπου
C δεῖ· ὥςτε πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις, τὸν σώφρονα,
ὥςπερ διήλθομεν, δίκαιον ὄντα καὶ ἀνδρεῖον καὶ ὅσιον
ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι τελέως, τὸν δὲ ἀγαθὸν εὖ τε καὶ
καλῶς πράττειν ἃ ἂν πράττῃ, τὸν δ' εὖ πράττοντα
μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα εἶναι, τὸν δὲ πονηρὸν
καὶ κακῶς πράττοντα ἄθλιον. οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐναν-
τίως ἔχων τῷ σώφρονι, ὁ ἀκόλαστος, ὃν σὺ ἐπῄνεις.
Cap. LXIII. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα οὕτω τίθεμαι καί
φημι ταῦτα ἀληθῆ εἶναι. εἰ δὲ ἔστιν ἀληθῆ, τὸν βου-
D λόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι σωφροσύνην μὲν
διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον ὡς ἔχει
ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν, καὶ παρασκευαστέον μάλιστα μὲν

C. *πράττειν ἃ ἂν πράττῃ*] Soloecē vulg. *πράττοι*. Coniunctivum tuentur codd. omnes praeter Par. E. Flor. s. Eundem etiam Iambl. habet.

*ταῦτα οὕτω τίθεμαι*] V. *οὕτω ταῦτα* adversantibus libris optimis et plurimis.

D. *ἢ ἰδιώτης ἢ πόλις*] Bas. 2. *πολίτης*. Inepte Findeisen. coni. *πολιτικός*.

C. *τὸν δ' εὖ πράττοντα — εὐδαίμονα εἶναι*] Quum formula *εὖ καὶ καλῶς πράττειν* duplicem habeat significationem, ut sit vel recte et bene agere vel prospera uti fortuna, ex hac ambiguitate ducitur argumentatio: quod quidem apud Platonem alibi quoque ita fieri demonstratum est ad Charmid. p. 172. A. Recte vero Schleiermacherus vidit Platonem ea in re non fraudem et fallaciam esse sequutum, sed id potius egisse, ut usum loquendi corrigeret et in rem suam converteret. Quippe persuaserat sibi philosophus eum demum beate vivere, qui bene et honeste ageret. Utrumque igitur ipsi idem est.

Cap. LXIII. *Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα — τίθεμαι — ταῦτα ἀληθῆ εἶναι*] Pronomen similiter repetitum Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 48: *τούτων οὕτω ῥηθέντων ταῦτα συνέθεντο καὶ ταῦτα ἐποίουν*. Plat. Menon. p. 78. D: *ἀλλὰ κἂν τις ἀδίκως αὐτὰ πορίζηται, ὁμοίως σὺ αὐτὰ ἀρετὴν καλεῖς*.

*τὸν βουλόμενον — ἀσκητέον*] ei, qui beatus esse velit, temperantiam esse colendam et exercendam. Verbalia cum accusativo constructa. v. ad Criton. p. 49. A. — *ὡς ἔχει ποδῶν*, h. e. quam maxime potest. De constructione v. Matth. §. 337.

D. *καὶ παρασκευαστ.*] Verbalia in *τεον* terminata non tantum a verbis activis, sed etiam a verbis mediis derivari Heindorfius demonstravit ad Phaedon. p. 46. De quo usu quid statuendum sit, egregie exposuit Hermannus ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 628. conf. etiam Buttmann. Gr. amplior. T. I. p. 460.

*ἄλλος τις τῶν οἰκείων, ἢ ἰδιώτης ἢ πόλις*] Saepissime *ἰδιώτης* et *πόλις* sic inter se opponuntur. De Republ. VI. p. 501. A: *μήτε ἰδιώτου μήτε πόλεως — ἅψασθαι*. Ibid. VII. p. 536. A. Alcibiad. I. p. 134. E: *τί τὸ εἰκὸς συμβαίνειν ἰδιώτῃ ἢ καὶ πόλει;* Alcibiad. II. p. 150. A: *πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν ἔχειν*. Legg. I. p. 645. B. 641. A. IX. p. 864. A. Cratyl. p. 385. A. Plura dabunt interpretes Demosthen. Apparat. Schaefer. T. IV. p. 4. Veram esse lectionem vulgatam etiam ex eo apparet, quod Socrates et in superioribus de patria iniuriosa loquebatur p. 480. B., et deinceps addit haec: *τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως*. — *συντείνειν τι εἴς τι*, aliquid ad aliquid referre, frequens dictio, quam exemplis illustrarunt Heindorf. ad h. l. et Astius ad Legg. p. 398. Pronomen *τοῦτο* refer ad seqq. *ὅπως δ. παρέσται*. Deinde *οὕτω πράττειν* est id ipsum agere, sc. ut omnia huc referantur. Sic enim *οὕτω πράττειν* et *τοῦτο πράττειν* usurpari ad Menexen. p. 244. D. docuimus.

E. *ἀνήνυτον κακόν*] H. e. *ὅπερ ἐστὶν ἀνήνυτον κακόν*. Nam appositio ad totam sententiam referenda. v. Matth. §. 431. Est autem *ἀνήνυτον κακόν* proprie malum, quod non potest perfici et ad exitum perduci, h. e. nullo unquam tempore sanabile. Voce usus est philosophus etiam Phaedon. p. 84. A. Sophist. p. 264. B. De Republ. VII. p. 531. A. Legg. IV. p. 714. A. V. p. 735. B.

*φασὶ δ' οἱ σοφοί, ὦ Καλλίκλ.*] Schol.: *σοφοὺς ἐνταῦθα τοὺς Πυθαγορείους φησὶ καὶ διαφερόντως τὸν Ἐμπεδοκλέα φάσκοντα τὴν φιλίαν ἑνοῦν τὴν σφαῖραν (ἢ) ἑνοποιὸν εἶναι.*



μηδὲν δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι, ἐὰν δὲ δεηθῇ ἢ αὐτὸς ἢ
ἄλλος τις τῶν οἰκείων, ἢ ἰδιώτης ἢ πόλις, ἐπιθετέον
δίκην καὶ κολαστέον, εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι. οὗτος
ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι, πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν,
καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς
πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ
μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν, οὐκ ἐπιθυμίας E
ἐῶντα ἀκολάστους εἶναι καὶ ταύτας ἐπιχειροῦντα πληροῦν,
ἀνήνυτον κακόν, λῃστοῦ βίον ζῶντα. οὔτε γὰρ ἂν ἄλλῳ
ἀνθρώπῳ προςφιλὴς ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος οὔτε θεῷ· κοι-
νωνεῖν γὰρ ἀδύνατος· ὅτῳ δὲ μὴ ἔνι κοινωνία, φιλία
οὐκ ἂν εἴη. φασὶ δ' οἱ σοφοί, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρα-
νὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν

*τὰ αὑτοῦ συντειν.*] Ante *τὰ αὑτοῦ* Flor. b. et Par. V. addunt *καί*, quod recepit Bekkerus. Sed non putamus nunc eo vocabulo opus esse.

E. *οὕτω πράττειν*] *οὐ τῷ* Clark., quae scriptura prodit dubitationem de usu huius formulae, quem infra illustravimus. Idem liber dein cum Vat. *καὶ ταῦτα ἐπιχ*.

508 σῠνέχειν καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ
δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον κα-
λοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν, οὐδὲ ἀκολασίαν. σὺ δέ
μοι δοκεῖς οὐ προςέχειν τὸν νοῦν τούτοις, καὶ ταῦτα
σοφὸς ὤν, ἀλλὰ λέληθέ σε, ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ
καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται. σὺ δὲ
πλεονεξίαν οἴει δεῖν ἀσκεῖν· γεωμετρίας γὰρ ἀμελεῖς.
Εἶεν. ἢ ἐξελεγκτέος δὴ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὡς οὐ
B δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης κτήσει εὐδαίμονες οἱ εὐδαί-
μονες, κακίας δὲ *ἄθλιοι* οἱ ἄθλιοι· ἢ εἰ οὗτος ἀληθής
ἐστι, σκεπτέον, τί τὰ συμβαίνοντα. τὰ πρόσθεν ἐκεῖνα;
ὦ Καλλίκλεις, συμβαίνει πάντα, ἐφ' οἷς σύ με ἤρου, εἰ

P. 508. B. *ἄθλιοι οἱ ἄθλιοι*] Prius *ἄθλιοι* additum de coniectura Heindorfii. Baiterus ordine inverso *οἱ ἄθλιοι ἄθλιοι* maluit, quia ita corruptelae caussa facilius intelligatur. Id etiam Herm. sequutus est. Sed membrorum concinnitas alteram rationem postulare videtur.

*τί τὰ συμβαίνοντα*] Sic Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCEFIVW. Florentini, Bodl. Aug. Meerm. et pr. Coisl. Legebatur *τινά*.

C. *ἄρα δεῖ εἶναι*] V. *δεῖν εἶναι*, contra auctoritatem Clark.

Eadem habet Olympiodorus, qui addit: *ἡ γὰρ φιλία πρὸς τῇ μιᾷ τῶν πάντων ἐστὶν ἀρχῇ, εἴ γε ἐκεῖ ἕνωσις πανταχοῦ καὶ οὐδαμοῦ διάκρισις. ὁ οὖν ἄδικος παντὶ ἐχθρός ἐστι καὶ οὐδενὶ κοινωνεῖ.* De Empedoclis hac sententia, satis illa celebrata, v. Sturzii doctissimum opus, quod inscriptum est Empedocles Agrigentinus, T. I. p. 214 — 256. Cur Empedocles potissimum respiciatur, supra ad p. 493. A. indicavi. Erat enim Gorgias ipse huius disciplinae addictus. — Voc. *δικαιότης* reperitur etiam Protagor. p. 331. B. Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 7. — Rerum universitatem primus dicitur Pythagoras *τοῦ κόσμου* nomine appellasse, de qua re vide quae scripsimus ad Tim. p. 27. A.

P. 508. *ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρική* —] Schol.: *τοῦτ' ἔστιν ἡ δικαιοσύνη. ταύτην δὲ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν Διὸς κρίσιν ἐν Νόμοις ἐκάλεσεν, ὡς δι' αὐτῆς τῶν πάντων κεκριμένων τε καὶ ὡρισμένων.* Comparandus est locus Legg. VI. p. 756. E. seqq. iam a Routhio indicatus. Discernitur ibi *ἰσότης* arithmetica, quae numero, pondere et mensura, denique externa aequalitate continetur, ab *ἰσότητι* geometrica, quae quod cuiusque virtuti convenit, id ei tribuit ideoque internam veramque aequalitatem tuetur. Itaque sententia verborum haec est: latuit te suum cuique esse tribuendum et ab omni lucri cupiditate abstinendum esse. Plura dabunt Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 541. Heindorf. ad h. l. Astius ad Legg. p. 289. Adde Camerarium Commen-



σπουδάζων λέγοιμι, λέγοντα, ὅτι κατηγορητέον εἴη καὶ
αὑτοῦ καὶ υἱέος καὶ ἑταίρου, ἐάν τι ἀδικῇ, καὶ τῇ ῥη-
τορικῇ ἐπὶ τοῦτο χρηστέον. καὶ ἃ Πῶλον αἰσχύνῃ ᾤου
συγχωρεῖν, ἀληθῆ ἄρα ἦν, τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδι-
κεῖσθαι ὅσῳπερ αἴσχιον τοσούτῳ κάκιον· καὶ τὸν μέλ- C
λοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι
καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων, ὃ αὖ Γοργίαν ἔφη Πῶλος
δι' αἰσχύνην ὁμολογῆσαι. Cap. LXIV. Τούτων δὲ
οὕτως ἐχόντων, σκεψώμεθα, τί πότ' ἐστιν ἃ σὺ ἐμοὶ
ὀνειδίζεις, ἆρα καλῶς λέγεται, ἢ οὔ, ὡς ἄρα ἐγὼ οὐχ
οἷός τ' εἰμὶ βοηθῆσαι οὔτε ἐμαυτῷ οὔτε τῶν φίλων
οὐδενὶ οὐδὲ τῶν οἰκείων, οὐδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων

Vat. Coisl. Vind. 2. 6. Ven. ΞΣ. Par. BCEW. Meerm. Bodl. Flor. a. b. c. d. f. o. s. Ald. Bas. 1. 2. Etiam Quintil. II, 15. *δεῖ*. Heindorf. ex Par. *ἔδει* scripsit.

*τί πότ' ἐστιν ἃ σὺ*] V. *τίνα*, rursus praeter codicum fidem.

*οὐδενὶ οὐδὲ τῶν οἰκείων*] Libri omnes *οὐδὲ τῶν οἰκείων*, quod recte servarunt Astius et Bekkerus. Sed Findeisen. et Heindorf. correxerunt *οὔτε*. At enim vero non tres distinguuntur notiones, sed duae, ita ut *οὔτε ἐμαυτῷ* et *οὔτε τῶν φίλων οὐδενὶ* inter se opponantur. Iam ad alterum hoc additur *οὐδὲ τῶν οἰκείων*,

tar. in Ethic. Aristotel. Nicom. p. 212 seqq. ed. Francof.

*Εἶεν. ἢ ἐξελεγκτέος* —] Etiam hoc loco *εἶεν* transitionem facit ad aliam rem. v. ad Euthyphr. p. 13. D. ad Phaedon. p. 95. A. Verba sic intelligas: Iam aut refellenda haec disputatio est atque docendum non iustitiae ac temperantiae possessione homines felices exsistere. De hoc usu verbi *ἐξελέγχειν* v. ad p. 467. A.

B. *κακίας δὲ ἄθλιοι οἱ ἄθλιοι*] H. e. *οὐδὲ κακίας κτήσει ἄθλιοι οἱ ἄθλιοι.* Nam negandi particula etiam ad alteram enuntiati partem referenda est. v. ad p. 512. A.

*τί τὰ συμβαίνοντα*] Mox sect. C: *τί πότ' ἐστιν ἃ σὺ ἐμοὶ ὀνειδίζεις.* Phaed. p. 57. A. p. 58. C. Euthyphr. p. 15. A. Hipp. Mai. p. 285. D. ibique var. lectt. Sed non raram esse hanc constructionem hodie satis constat. Exempla collegit Heindorf. ad h. l. et Krueger. ad Xenoph. Anabas. I, 10, 14.

*τὰ πρόσθεν ἐκεῖνα* —] V. p. 480. B. seqq. Illustrant vero haec sententiae praegressae partem postremam: *τί τὰ συμβαίνοντα*, ideoque adiiciuntur *ἀσυνδέτως* pro his: *τὰ πρόσθεν γὰρ ἐκεῖνα κ. τ. λ.* — Mox cur dictum sit *ἀληθῆ ἄρα ἦν*, apparebit ex annot. ad Phaedon. p. 68. B. cap. XIII. In proximis satius duximus servare codicum nostrorum scripturam *δίκαιον ἄρα δεῖ*, quum Heindorfius *ἔδει* ediderit.

Cap. LXIV. C. *ἃ σὺ ἐμοὶ ὀνειδίζεις*] V. p. 486. A. B. C.

κινδύνων, εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ ὥςπερ οἱ ἄτιμοι
D τοῦ ἐθέλοντος, ἄν τε τύπτειν βούληται, τὸ νεανικὸν δὴ
τοῦτο τοῦ σοῦ λόγου, ἐπὶ κόῤῥης, ἐάν τε χρήματα ἀφαι-
ρεῖσθαι, ἐάν τε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως, ἐάν τε, τὸ
ἔσχατον, ἀποκτεῖναι, καὶ οὕτω διακεῖσθαι πάντων δὴ
αἴσχιστόν ἐστιν, ὡς ὁ σὸς λόγος. ὁ δὲ δὴ ἐμὸς ὅςτις,
πολλάκις μὲν ἤδη εἴρηται, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἔτι λέγε-
σθαι· οὔ φημι, ὦ Καλλίκλεις, τὸ τύπτεσθαι ἐπὶ κόῤῥης
E ἀδίκως αἴσχιστον εἶναι, οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι οὔτε τὸ

ita ut ad *τῶν φίλων* novum quiddam accedat. Latine dixeris: neque mihi ipsi neque cuiquam amicorum aut familiarium. Veram esse hanc rationem evincunt illa p. 509. B: *μὴ δύνασθαι βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ μήτε τοῖς αὑτοῦ φίλοις τε καὶ οἰκείοις,* ubi non est scriptum *μήτε τοῖς οἰκείοις.*

*τοῦ ἐθέλοντος*] seclusit Hirschig. ut suspectum.

D. *τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο*] Bas. 2. Flor. x. *τὸ ν. δὴ τοῦτο, τὸ τοῦ σοῦ λ.* probante Heindorfio.

E. *ἀδίκως αἴσχιστον εἶναι*] V. *αἴσχιστόν τ' εἶναι* invitis codd. optimis et plurimis. Mox pro vulg. *βαλλάντιον* Coisl. Ven.

*εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ —*] esse me in cuiuslibet potestate, sicuti infamia notati cuiuslibet arbitrio obnoxii sint. Nam *εἶναι τοῦ ἐθέλοντος* dicitur ut *εἶναι* s. *γίγνεσθαι ἑαυτοῦ,* de quo v. Matth. §. 315. coll. §. 270. Eandem significationem habet dictio *εἶναι ἐπί τινι,* in alicuius potestate esse. Xenoph. Anabas. I, 4, 4: *βουλεύεται, ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ,* ubi v. Krueger. Intelligitur autem severissimum *ἀτιμίας* genus, quod reum ipsum eiusque posteros omnibus civium iuribus in perpetuum privabat; v. Legg. IX. p. 855. C. De tribus *ἀτιμίας* generibus docte exposuit Meier. de bonis damnat. p. 101 seqq. 137 seqq. et Lit. Attic. p. 563.

D. *τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο τ. σ. λ.*] quod erat scilicet iuvenile dictum tuum. Sed *νεανικόν* h. l. petulantiae significationem adiunctam habet, ut infra p. 509. A. Erat autem Callicles adhuc iuvenis, ut patet ex p. 515. A. De constructione v. p. 514. E: *τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο.* Sophist. p. 241. D. et *τὸ σὸν δὴ τοῦτο* ibid. p. 233. B. Lucian. Asin. p. 586. ed. Reitz: *ἔκρινα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, παλινδρομῆσαι μᾶλλον.* Imagg. p. 467: *ὑπεφαίνοντο γοῦν, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἐλέφαντι τῷ πριστῷ ὅμοιοι.* Sic enim ibi scribendum. Nigrin. §. 31: *καὶ τοῦτο δὴ* (sic enim pro *δὲ* leg.) *τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον.* Mox *τὸ ἔσχατον* intelligas sic: id quod extremum malorum est. Perperam enim Findeisen. interpretatur tandem. Neque Ficinus recte intellexit. Ceterum totum locum interrogative inchoatum exire in orationem directam facile patet.

E. *οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι*] In his *τέμνεσθαι,* ut Lat. secari, scindi, est in frusta dissecari. v. Casaubon. ad Sueton. Aug. c. 13. p. 250. De *βαλαντιοτόμοις,* quos Plautus



σῶμα τὸ ἐμὸν οὔτε τὸ βαλάντιον, ἀλλὰ τὸ τύπτειν καὶ
ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ἀδίκως καὶ τέμνειν καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον,
καὶ κλέπτειν γε ἅμα καὶ ἀνδραποδίζεσθαι καὶ τοιχω-
ρυχεῖν καὶ συλλήβδην ὁτιοῦν ἀδικεῖν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ
ἐμὰ τῷ ἀδικοῦντι καὶ κάκιον καὶ αἴσχιον εἶναι ἢ ἐμοὶ
τῷ ἀδικουμένῳ. ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν
λόγοις οὕτω φανέντα, ὡς ἐγὼ λέγω, κατέχεται καὶ δέδε-
ται, καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι, σιδηροῖς καὶ 509
ἀδαμαντίνοις λόγοις, ὡς γοῦν ἂν δόξειεν οὑτωσί, οὓς

ΞΣ. Vind. 1. 2. 7. Par. BCEFI. Flor. d. o. x. Bodl. Meerm. Bas. 1. 2. *βαλάντιον.* v. ad Remp. I. p. 348. D. IX. p. 575. B. Sympos. p. 190. E.

*καὶ κάκιον καὶ αἴσχιον εἶναι*] Alio ordine *καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον εἶναι* Ven. ΞΣ. Vind. 2. 7. Par. IV. Flor. b. d. Aug. Meerm. Bodl.

*ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*] Hirschig. *ἄνω ἐκεῖ* deleri vult. Clark. Vat. *πρόσθε.* Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. Par. IVW. Flor. b. x. Bodl. *πρόσθεν.* Vett. editt. *ἔμπροσθεν.* Scripturae haec varietas admodum frequens est, de qua iam in superioribus exposuimus.

Trinum. IV, 2, 20. sectores zonarios vocat, v. Casaubon. ad Athen. p. 121. Xenoph. Sympos. IV, 36: *δι' ἔνδειαν μὲν γὰρ δήπου οἱ μὲν κλέπτουσιν, οἱ δὲ τοιχωρυχοῦσιν, οἱ δὲ ἀνδραποδίζονται.* Memor. I, 2, 62., ubi eadem crimina recensentur.

*ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λ.*] Nimia haec in re vili dictionis ubertas. Ficinus: haec superius a nobis concessa. Inde non male Findeisen. extudit: *ἀνωτέρω ἐν τοῖς ἔμπρ. λ.* Simili ubertate supra p. 467. B: *ἄρτι — τούτου πρόσθεν.* Respicitur autem ad ea, quae cap. 31. et 43. a Polo et Callicle sunt concessa.

P. 509. *καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι*] Attigi formulam ad p. 462. E. Inverso ordine p. 486. C: *εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι,* unde quis colligat perinde esse, utrum *εἰ καί* an *καὶ εἰ* dicatur, quam sententiam amplexi sunt Heindorfius ad h. l. Matthiae. Gr. amplior. T. II. p. 1252 seq. alii. Verum tamen tenenda sunt quae acutissime disputavit Hermann. ad Viger. p. 832. Etenim *καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι* significat: vel tum, si dictu sit paullo inurbanius, quo indicatur rem esse incertam aut non veram. Itaque hoc loco Socrates hoc suum de disputatione adhuc instituta iudicium non esse arrogans aut inurbanum significat. Dicit enim hoc: haec, quae antea disputata sunt (etiamsi dictu sit immodestius, quod tamen non puto), vincta sunt rationibus ferreis et adamantinis. Secus est p. 486. C., ubi Callicles iudicii sui acerbitatem ipse confitetur. Itaque *εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι* ibi valet: etsi dictu paullo inurbanius est, sicuti est.

*σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις*] Elegans metaphora. *Ἀδαμάντινον καὶ σιδηροῦν* dicitur quidquid est firmissimum et indissolubile. v. Perizon. ad Ael. Varr. Hist. VI, 12. et interpp.

σὺ εἰ μὴ λύσεις ἢ σοῦ τις νεανικώτερος, οὐχ οἷόν τε
ἄλλως λέγοντα ἢ ὡς ἐγὼ νῦν λέγω καλῶς λέγειν· ἐπεὶ
ἔμοιγε ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ἀεί, ὅτι ἐγὼ ταῦτα οὐκ οἶδα
ὅπως ἔχει, ὅτι μέντοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα, ὥςπερ νῦν,
οὐδεὶς οἷός τ' ἐστὶν ἄλλως λέγων μὴ οὐ καταγέλαστος
B εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν αὖ τίθημι ταῦτα οὕτως ἔχειν. εἰ δὲ
οὕτως ἔχει, καὶ μέγιστον τῶν κακῶν ἐστιν ἡ ἀδικία τῷ
ἀδικοῦντι, καὶ ἔτι τούτου μεῖζον μεγίστου ὄντος, εἰ οἷόν
τε, τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην, τίνα ἂν βοήθειαν
μὴ δυνάμενος ἄνθρωπος βοηθεῖν ἑαυτῷ καταγέλαστος
ἂν τῇ ἀληθείᾳ εἴη; ἆρ' οὐ ταύτην, ἥτις ἀποτρέψει τὴν
μεγίστην ἡμῶν βλάβην; ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην
εἶναι τὴν αἰσχίστην βοήθειαν, μὴ δύνασθαι βοηθεῖν
μήτε ἑαυτῷ μήτε τοῖς αὑτοῦ φίλοις τε καὶ οἰκείοις, δευ-
C τέραν δὲ τὴν τοῦ δευτέρου κακοῦ καὶ τρίτην τὴν τοῦ
τρίτου, καὶ τἆλλα οὕτως· ὡς ἑκάστου κακοῦ μέγεθος
πέφυκεν, οὕτω καὶ κάλλος τοῦ δυνατὸν εἶναι ἐφ' ἕκαστα

P. 509. B. *τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δ.*] *τὸν ἀδ.* Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. 7. Par. BCFIVW. Bodl. Aug. Meerm. et ed. Bas. 2.

*βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ*] *αὑτῷ* Clark. ut Turr. Herm. alii.

C. *καὶ τἆλλα οὕτως· ὡς*] Vulgo commate distinguebatur.

ad Horat. Carm. III, 24, 5. — *ὡς γοῦν ἂν δόξειεν οὑτωσί,* quemadmodum certe videatur sic primo adspectu.

*ὅτι μέντοι ὧν ἐγὼ ἐντ. —*] ex iis tamen, quos offenderim, sicuti nunc, neminem posse non ridiculum esse, si aliter statuat. Frustra Coraes *ὥςπερ νῦν ὑμῖν* scribendum coniecit.

B. *ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίστην βοήθειαν, μὴ δύνασθαι —*] Mirum hoc loquendi genus videatur, quo *τὸ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν* dicitur *αἰσχίστη βοήθεια,* quum deberet turpissima vocari inopia. Sed nihil loco movendum. In animo habuit hanc sententiam: *ἀνάγκη τοῦτο αἴσχιστον εἶναι, μὴ δύνασθαι ταύτην τὴν βοήθειαν βοηθεῖν ἑαυτῷ κ. τ. λ.* Similis huic attractio est Lachet. p. 201. B: *τὸν Ὅμηρον δοκεῖ μοι χρῆναι προβάλλεσθαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαθὴν εἶναι αἰδῶ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι,* h. e. *οὐκ ἀγαθὸν εἶναι αἰδῶ — παρεῖναι.*

C. *ὡς ἑκάστου κακοῦ — τοῦ μή*] Adduntur haec per *ἐπεξήγησιν* verbis *καὶ τἆλλα οὕτως.* Quibus si cogitatione adieceris verbum *ἔχει* frequenter sic omissum, noles profecto *αἰσχύνην* cum Heindorfio reponere. Etenim ita *ἐστί* intelligendum esse liquet.

Cap. LXV. D. *οὐκ ἀδικήσεται*] iniuriae non erit obnoxius. Sic *ἀδικήσεσθαι*



βοηθεῖν καὶ αἰσχύνη τοῦ μή. ἆρα ἄλλως ἢ οὕτως ἔχει,
ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Οὐκ ἄλλως.

Cap. LXV. ΣΩ. Δυοῖν οὖν ὄντοιν, τοῦ ἀδικεῖν
τε καὶ ἀδικεῖσθαι, μεῖζον μέν φαμεν κακὸν τὸ ἀδικεῖν,
ἔλαττον δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι. τί οὖν ἂν παρασκευασάμενος
ἄνθρωπος βοηθήσειεν αὑτῷ, ὥςτε ἀμφοτέρας τὰς ὠφε-
λείας ταύτας ἔχειν, τήν τε ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖν καὶ τὴν D
ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι; πότερα δύναμιν, ἢ βούλησιν;
ὧδε δὲ λέγω· πότερον ἐὰν μὴ βούληται ἀδικεῖσθαι, οὐκ
ἀδικήσεται, ἢ ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται τοῦ μὴ
ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἀδικήσεται; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε,
ὅτι ἐὰν δύναμιν. ΣΩ. Τί δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖν; πότερον
ἐὰν μὴ βούληται ἀδικεῖν, ἱκανὸν τοῦτ' ἔστιν — οὐ γὰρ
ἀδικήσει —, ἢ καὶ ἐπὶ τοῦτο δεῖ δύναμίν τινα καὶ τέχνην E
παρασκευάσασθαι, ὡς, ἐὰν μὴ μάθῃ αὐτὰ καὶ ἀσκήσῃ,
ἀδικήσει; Τί οὐκ αὐτό γέ μοι τοῦτο ἀπεκρίνω, ὦ Καλ-
λίκλεις, πότερόν σοι δοκοῦμεν ὀρθῶς ἀναγκασθῆναι

*τοῦ ἀδικεῖν τε καὶ ἀδικεῖσθαι*] Vulgo *γε* pro *τε* scribebatur invitis codd. plerisque omnibus. Sed Par. E. habet *γε.* Mox ordo verborum vulgo fuit hic: *κακόν φαμεν τὸ ἀδικεῖν,* praeter fidem codd. fere omnium.

E. *μοι τοῦτο ἀπεκρίνω*] V. *ἀπεκρίνου.* Aoristum debemus Vind. 6.

multis locis usurpatur, quos partim indicant Schaefer. ad Dem. App. III. p. 295. 337. 491. Krueger. ad Thucyd. V. 56, 2. Discrimen passivae et mediae formae utique apertum. vid. Matthiae. §. 494. II. Rost. §. 114. 1. Buttmann. §. 123. 3. — *τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι.* P. 457. E: *τοῦ καταφανὲς γενέσθαι,* ubi v. annot. Ceterum notabis repetitionem verborum *οὐκ ἀδικήσεται,* quae tamen in hac sententiarum oppositione non caret vi sua. v. ad Lysid. p. 209. C. Criton. p. 54. A. infra p. 516. E. p. 522. E.

*Τί δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖν;*] De hoc genitivo v. Phaedon. p. 78. D. De Rep. VII. p. 515. B. IX. p. 582. C. Demosth. De Coron. p. 262. ed. Reisk. et Heindorf. ad h. l.

E. *ὡς, ἐὰν μὴ μάθῃ —, ἀδικήσει*] quippe, nisi illam didicerit et exercuerit, iniuste faciet. Pronomen *αὐτά* refertur ad *δύναμιν καὶ τέχνην.* v. ad Phaed. p. 88. A. coll. Matth. §. 439.

*Τί οὐκ αὐτό γέ μοι τοῦτο —*] Age, hoc ipsum mihi responde, o Callicle. Etiam hic *αὐτὸ τοῦτο* indicat rem, in cuius investigatione totius disputationis veluti cardo versatur, ut commode explicari queat: hoc maxime, hoc potissimum, de quo usu monui ad p. 488. D. et 482. D. Heindorfium non probo haec sic interpretantem: hoc unum mihi responde.

ὁμολογεῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐγώ τε καὶ Πῶλος, ἢ οὔ, ἡνίκα ὡμολογήσαμεν μηδένα βουλόμενον ἀδικεῖν, ἀλλ' ἄκοντας τοὺς ἀδικοῦντας πάντας ἀδικεῖν; *ΚΑΛ.*
510 Ἔστω σοι τοῦτο, ὦ Σώκρατες, οὕτως, ἵνα διαπεράνῃς τὸν λόγον. *ΣΩ.* Καὶ ἐπὶ τοῦτο ἄρα, ὡς ἔοικε, παρασκευαστέον ἐστὶ δύναμίν τινα καὶ τέχνην, ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν. *ΚΑΛ.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Τίς οὖν ποτ' ἐστὶ τέχνη τῆς παρασκευῆς τοῦ μηδὲν ἀδικεῖσθαι ἢ ὡς ὀλίγιστα; σκέψαι, εἰ σοὶ δοκεῖ ἧπερ ἐμοί. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ ἥδε· ἢ αὐτὸν ἄρχειν δεῖν ἐν τῇ πόλει ἢ καὶ τυραννεῖν, ἢ τῆς ὑπαρχούσης πολιτείας ἑταῖρον εἶναι. *ΚΑΛ.*

*ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις*] Deerant haec vulgo, nunc ex Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. B C I V W. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Bodl. et edit. Bas. 2. restituta.

P. 510. *ἵνα διαπεράνῃς τὸν λ.*] *ἵνα καὶ διαπ.* Vind. 6., quod dedit Bekker. Bastius tamen ex eodem libro nihil enotavit.

*ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν*] Non videmus caussam idoneam, cur Heindorfius, Bekkerus, alii coniunctivum aoristi soloecum iudicaverint, quem libri omnes etiam ipso Bekkero teste unanimi consensione tuentur. conf. p. 480. A. B. ibique annot. Nam aoristus omnino designat actionem in se spectatam, nulla habita ratione conditionis et status per temporum rationes nascentis, idque sic, ut nunc de una aliqua certi cuiusquam temporis actione, eaque semel perpetrata, nunc de actione eadem quidem, sed per diversa temporis

De aoristi vi et significatione in huiusmodi interrogationibus iam supra monui ad p. 503. B. et ad Phileb. p. 54. B. Imperfectum *ἀπεκρίνου*, quod codices omnes praeter unum Vindob. tuentur, per usum loquendi stare non potest. Ceterum iis, quae sequuntur, declaratur accuratius, quid Socrates sibi velit a Callicle responderi. Respicitur autem ad p. 468. C. seqq. cap. XXIV.

P. 510. *ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν*] Stephanus corrigebat *ἀδικηθῶμεν*. Cui coniecturae favere videntur ea, quae proxime sequuntur. At vero referenda haec sententia est ad antecedentia. Postquam enim Socrates docuit neminem nisi invitum iniuriam facere, exinde consequi ait facultate quadam et arte opus esse, qua efficiatur, ut ab iniuria inferenda prohibeamur. Quum vero utrumque, et *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι* et *τὸ μὴ ἀδικεῖν*, facultatem quandam atque artem requirere docuerit, deinceps primo disserit de arcenda aliorum iniuria ac deinde p. 510. E. revertitur ad disputationem de illa facultate, qua caveamus, ne ipsi aliis iniuriam inferamus. Verum iam Routhius vidit. Ceterum conf. p. 480. A.

*εἰ σοὶ δοκεῖ ἧπερ ἐμοί*] Protagor. p. 340. B: *εἰ σοὶ συνδοκεῖ ὅπερ ἐμοί.* Phaedon. p. 64. C: *ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ συνδοκῇ ἅπερ ἐμοί.* Attuli haec, quia vulgo *ᾗπερ* et paullo post *ᾗδε* pro *ἥδε* legebatur. Referendum autem *ἥδε* ad proxima, quae omnem artem demonstrant. Quare miror



Ὁρᾷς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐγὼ ἕτοιμός εἰμι ἐπαινεῖν, ἄν B
τι καλῶς λέγῃς; τοῦτό μοι δοκεῖς πάνυ καλῶς εἰρηκέναι.

Cap. LXVI. Σκόπει δὴ καὶ τόδε ἐάν σοι δοκῶ εὖ λέγειν. φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ. οὐ καὶ σοί; *ΚΑΛ.* Ἔμοιγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν ὅπου τύραννός ἐστιν ἄρχων ἄγριος καὶ ἀπαίδευτος, εἴ τις τούτου ἐν τῇ πόλει πολὺ βελτίων εἴη, φοβοῖτο δήπου ἂν αὐτὸν ὁ τύραννος καὶ τούτῳ ἐξ ἅπαντος τοῦ νοῦ οὐκ ἄν ποτε δύναιτο φίλος γενέσθαι; C
*ΚΑΛ.* Ἔστι ταῦτα. *ΣΩ.* Οὐδέ γε εἴ τις πολὺ φαυλό-

spatia idemtidem repetita dicatur. Quod ipsum hoc loco ita fieri putamus. Nam *ὅπως μὴ ἀδικήσομεν* significaret: ut ne quando iniuste faciamus vel omnino iniusti simus, futuro tempore, quandocunque erit. Atqui id ab ipsa sententia alienum esse patet, quae potius hoc requirit: ut ne idemtidem iniuste faciamus, quod fit singulis iisque pro rerum conditione et opportunitate usque repetitis iniustis actionibus.

*ἧπερ ἐμοί*] V. *ᾗπερ* et dein *ᾗδε.* Recte Par. V W. Flor. a. b. c. f. *ἧπερ* et Vind. 2. 6. Ven. Σ. Par. I V. *ἥδε.* Deinceps vulgo *δεῖ.* Sed infinitivum, sequente *εἶναι* iam per se satis munitum, tuentur Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. Par. C E F I V W. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. Aug. Bodl. Tum *καὶ* ante *τυραννεῖν*, vulgo omissum, cum Clark. Vat. Coisl. optimi quique firmarunt.

*ἑταῖρον εἶναι*] Codd. plerique *ἕτερον*, crebra confusione.

Buttmannum, qui ut *τῇδε* pro *ᾗδε* legendum esse evinceret, *ἥδε* propterea ferri non posse iudicavit, quod male praemitteretur duabus his *τέχναις* per duplex *ἢ* distinctis.

Cap. LXVI. B. *δοκεῖ ἕκαστος — τῷ ὁμοίῳ*] Ordo verborum hic est: *ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ, ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσι, δοκεῖ μοι ὡς οἷόν τε μάλιστα φίλος εἶναι ἕκαστος ἑκάστῳ:* Ille, qui similis simili est, quemque veteres sapientes commemorant saepius, videtur mihi etc. Monui, ne cui in mentem veniret *ὅπερ* scribere, quod fuit qui reponendum esse contenderet. Appellatur haec sententia etiam in Sympos. p. 195. B. *λόγος παλαιός.* Lysid. p. 214. B: *οὐκοῦν καὶ τοῖς τῶν σοφωτάτων συγγράμμασιν ἐντετύχηκας, ταὐτὰ ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀνάγκη ἀεὶ φίλον εἶναι; εἰσὶ δέ που οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὅλου διαλεγόμενοι καὶ γράφοντες.* v. etiam Protagor. p. 337. D. Legg. VI. p. 773. B. Phaedr. p. 240. C.

*καὶ τούτῳ ἐξ ἅπ. τ. ν. —*] Repentina subiecti mutatio. Nam ad *δύναιτο* intelligendum esse *ὁ βελτίων*, ad *τούτῳ* autem *τῷ τυράννῳ*, ex verbis seqq. *Οὐδέ γε εἴ τις — οὐδ' ἂν οὗτος* apparet et iam a Routhio observatum est. Sed quanta libertate Graeci hoc in genere usi sint, discas ex iis, quae collegerunt Heindorf. ad h. l. ad Euthyd. p. 275. B. Theaetet. p. 148. B. Phaedon. p. 72. C. Protagor.

τερος εἴη, οὐδ' ἂν οὗτος· καταφρονοῖ γὰρ ἂν αὐτοῦ ὁ
τύραννος καὶ οὐκ ἄν ποτε ὡς πρὸς φίλον σπουδάσειε.
*ΚΑΛ.* Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ. *ΣΩ.* Λείπεται δὴ ἐκεῖνος μό-
νος ἄξιος λόγου φίλος τῷ τοιούτῳ, ὃς ἄν, ὁμοήθης ὤν,
ταὐτὰ ψέγων καὶ ἐπαινῶν ἐθέλῃ ἄρχεσθαι καὶ ὑποκεῖ-
D σθαι τῷ ἄρχοντι. οὗτος μέγα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δυνήσε-
ται, τοῦτον οὐδεὶς χαίρων ἀδικήσει. οὐχ οὕτως ἔχει;
*ΚΑΛ.* Ναί. *ΣΩ.* Εἰ ἄρα τις ἐννοήσειεν ἐν ταύτῃ τῇ
πόλει τῶν νέων, Τίνα ἂν τρόπον ἐγὼ μέγα δυναίμην
καὶ μηδείς με ἀδικοίη, αὕτη, ὡς ἔοικεν, αὐτῷ ὁδός ἐστιν,
εὐθὺς ἐκ νέου ἐθίζειν αὑτὸν τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ
ἄχθεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ παρασκευάζειν, ὅπως ὅ τι
μάλιστα ὅμοιος ἔσται ἐκείνῳ. οὐχ οὕτως; *ΚΑΛ.* Ναί.
E *ΣΩ.* Οὐκοῦν τούτῳ τὸ μὲν μὴ ἀδικεῖσθαι καὶ μέγα
δύνασθαι, ὡς ὁ ὑμέτερος λόγος, ἐν τῇ πόλει διαπεπράξε-
ται; *ΚΑΛ.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Ἆρ' οὖν καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν;

D. *ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τῶν νέων*] *αὐτῇ* Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. CEFIVW. Fortasse leg. *ἐν αὐτῇ ταύτῃ τῇ πόλει.*
*μηδείς με ἀδικοίη, αὕτη —*] Sic Bas. 2. Libri *ἀδικοῖ ἡ αὐτή* praeter Flor. x., qui habet *ἀδικοῖ, αὐτὴ κ. τ. λ.* Dein ante *ὁδός* aliquis articulum *ἡ* inseruit; sed v. ad Apol. p. 24. B.
E. *καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδ. δ.*] *ἀδικοῦντι* Ven. Σ. Par. CV.

p. 320. A. Bornemann. ad Xenoph. Anabas. p. 126 seq. Matth. §. 298. Neque Latini hac licentia abstinuerunt, de quibus v. Gronov. et Drakenborch. ad Liv. I, 50. extr.
C. *ἐν ταύτῃ τῇ πόλει*] quae antea §. B. memorata est. v. ad p. 468. E. Mox *οὐδεὶς χαίρων ἀδικήσει* est: nemo impune laedet. Ita *χαίρων* semper post negationem aut in negante interrogatione usurpatur. conf. Aristophan. Ach. 563. Vespp. 186. Plut. 64. Thesmoph. 726. Soph. Oed. T. 363. Antig. 758. Eurip. Orest. 1609. al. v. Toup. ad Longin. c. 16. §. 3. Coraem scribi iubentem *καὶ τοῦτον οὐδεὶς χ. ἀδ.* noli audire. Habet enim haec anaphora cum asyndeto coniuncta nescio quid gravitatis.

D. *αὕτη, ὡς ἔοικεν, αὐτῷ ὁδός ἐστιν*] *so ist dieses, wie es scheint, für ihn der Weg.* Itaque pronomen subiecti notionem continet, *ὁδός* autem praedicatum est: in quo structurae genere articulus ante nomen substantivum de more omittitur; in nostram editionem hoc loco per errorem nescio quem irrepsit; nam libri omnes eum recte omittunt. Menon. p. 71. E: *ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετή, dass dieses des Mannes Tugend ist.* Ibid. p. 75. B: *ἔστω γὰρ δὴ ἡμῖν τοῦτο χρῆμα.* Sympos. p. 179. C: *εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοί.* Apol. Socr. p. 24. B: *αὕτη ἔστω ἱκανὴ ἀπολογία.* Infra p. 527. D. cf. Rost. §. 98. annot. 8. et annot. ad Phaedon. p. 97. A. — Mox dativus *τῷ δεσπότῃ* pendet a *τοῖς αὐτοῖς.*



ἢ πολλοῦ δεῖ, εἴπερ ὅμοιος ἔσται τῷ ἄρχοντι ὄντι ἀδίκῳ,
καὶ παρὰ τούτῳ μέγα δυνήσεται; ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε, πᾶν
τοὐναντίον οὑτωσὶ ἡ παρασκευὴ ἔσται αὐτῷ ἐπὶ τὸ οἵῳ
τε εἶναι ὡς πλεῖστα ἀδικεῖν καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι
δίκην. ἦ γάρ; *ΚΑΛ.* Φαίνεται. *ΣΩ.* Οὐκοῦν τὸ μέγι-
στον αὐτῷ κακὸν ὑπάρξει μοχθηρῷ ὄντι τὴν ψυχὴν καὶ 511
λελωβημένῳ διὰ τὴν μίμησιν τοῦ δεσπότου καὶ δύναμιν;
*ΚΑΛ.* Οὐκ οἶδ' ὅπῃ στρέφεις ἑκάστοτε τοὺς λόγους ἄνω
καὶ κάτω, ὦ Σώκρατες. ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι οὗτος ὁ μι-
μούμενος τὸν μὴ μιμούμενον ἐκεῖνον ἀποκτενεῖ, ἐὰν
βούληται, καὶ ἀφαιρήσεται τὰ ὄντα; *ΣΩ.* Οἶδα, ὦ 'γαθὲ
Καλλίκλεις, εἰ μὴ κωφός γ' εἰμί, καὶ σοῦ ἀκούων καὶ
Πώλου ἄρτι πολλάκις καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγου πάντων B
τῶν ἐν τῇ πόλει. ἀλλὰ καὶ σὺ ἐμοῦ ἄκουε, ὅτι ἀποκτενεῖ
μέν, ἂν βούληται, ἀλλὰ πονηρὸς ὢν καλὸν κἀγαθὸν ὄντα.
*ΚΑΛ.* Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν; *ΣΩ.* Οὐ

Florentini septem et Ven. Ξ. pr. cum Bas. 2. Quam lectionem ex correctione male sedula natam esse docebit grammatica observatio infra posita.
P. 511. *αὐτῷ κακὸν ὑπ.*] V. *κακὸν αὐτῷ,* quod Par. E. habet.
*Οὐκ οἶδ' ὅπῃ στρ.*] Sic Vind. 6. Flor. x. Aug. Meerm. cum Bas. 2. Ceteri libri *ὅποι,* quod ex itacismo natum.

E. *ὡς ὁ ὑμέτερος λόγος*] „Illud esse *τὸ μέγα δύνασθαι,* quod sophistae praedicabant, negaverat Socrates, videlicet *τὸ ποιεῖν ἐν τῇ πόλει ἃ δοκεῖ.* v. p. 466. B. seqq. Ficinus vertit: ut praesens sermo significat. Fort. legebat *ἡμέτερος,* quod tamen minus probandum." ROUTH.
*Ἆρ' οὖν καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν;*] Int. *αὐτῷ διαπεπράξεται.*
*καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδ. δ.*] Dativum sequitur accusativus. v. ad p. 492. B.
P. 511. *διὰ τὴν μίμησιν — δύναμιν*] eo, quod dominum suum imitatur eiusque potentia nititur. Nihil hic suspectum, nihil tenebricosum. Fuit tamen qui verba *καὶ δύναμιν* ut suspecta secluderet.
*Οὐκ οἶδ' ὅπῃ στρέφεις —*] Dictionem, quantum satis est, illustravit exemplis Heindorf. ad h. l. Plura dabit Index Reiskianus ad Demosthen. s. v. *στρέφειν.* Pro v. *ὅποι* ut reciperem *ὅπῃ*, tum istud *ἄνω καὶ κάτω* suadebat, tum exempla dictionis alibi obvia cohortabantur. Hoc autem dicit: Nescio, qui fiat, ut sermones sursum deorsum vertas. — *οὗτος ὁ μιμούμενος,* ille, qui civitatis dominum imitatur, ei morigeratur, eoque magnam nactus est potentiam. Quod Astius coniecit *ὁ μεμιμημένος,* id vel propterea repudiandum est, quod ita parum commode adderetur *τὸν μὴ μιμούμενον.*

B. *Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγ.;*] Nonne hoc etiam

*νοῦν γε ἔχοντι, ως ὁ λόγος σημαίνει. ἢ οἴει δεῖν τοῦτο*
*παρασκευάζεσθαι ἄνθρωπον, ὡς πλεῖστον χρόνον ζῆν,*
*καὶ μελετᾶν τὰς τέχνας ταύτας, αἳ ἡμᾶς ἀεὶ ἐκ τῶν*
C *κινδύνων σώζουσιν, ὥςπερ καὶ ἣν σὺ κελεύεις ἐμὲ με-*
*λετᾶν τὴν ῥητορικήν, τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις διασώ-*
*ζουσαν; ΚΑΛ. Ναὶ μὰ Δί' ὀρθῶς γέ σοι συμβουλεύων.*
Cap. LXVII. *ΣΩ. Τί δέ, ὦ βέλτιστε; ἦ καὶ ἡ*
*τοῦ νεῖν ἐπιστήμη σεμνή τίς σοι δοκεῖ εἶναι; ΚΑΛ.*
*Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Καὶ μὴν σώζει γε καὶ αὕτη*
*ἐκ θανάτου τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν εἰς τοιοῦτον ἐμπέ-*
*σωσιν, οὗ δεῖ ταύτης τῆς ἐπιστήμης. εἰ δ' αὕτη σοι*
D *δοκεῖ σμικρὰ εἶναι, ἐγώ σοι μείζονα ταύτης ἐρῶ, τὴν*
*κυβερνητικήν, ἣ οὐ μόνον τὰς ψυχὰς σώζει, ἀλλὰ καὶ*

B. *ὡς ὁ λόγος σημαίνει*] *ὁ σὸς λόγος* Par. BCIV. Flor. a. b. c. d. m. o. cum Bas. 2. Hoc legit etiam Ficinus, qui vertit: ut et tuus sermo significat. Atqui argumentatur Socrates ex iis, quae communi disputatione repperisse videbantur.

C. *σοι συμβουλεύων*] Vett. editt. *συμβουλεύω* invitis codd., quorum bona pars *βουλεύων* scriptum exhibet.

*ὅταν εἰς τοιοῦτον*] *εἴς τι τοιοῦτον* Flor x.; non opus.

D. *ἀλλὰ ταὐτὰ διαπραξαμένη*] V. *διαπραττομένη*. Sed

indignum est? sc. quod improbus virum honestum potest vita privare. Schleiermacherus: „*Ist nun nicht dieses eben das Empörendste?* Respondet haec Callicles cum irrisione quadam atque malitia: Nonne vero, inquit, hoc ipsum scilicet etiam graviter est ferendum?

C. *ὀρθῶς γέ σοι συμβουλεύων*] Vulgo *συμβουλεύω*. Unice verum est participium. v. Sympos. p. 174. E. Lysid. p. 204. A. Menon. p. 73. E. Lachet. p. 192. B. Charmid. p. 162. A. Sed otium fecerunt Wyttenbach. Epistol. crit. p. 486. ed. Lips. Heindorf. ad Charmid. p. 64. Astius ad Phaedr. p. 253. Ceterum prorsus improbamus quod Coraes coniecit *κελεύων*. Etenim apparet e superioribus apud animum repetendum esse *κελεύω σε μελετᾶν τὴν ῥητορικήν*.

Cap. LXVII. *ὅταν εἰς τοιοῦτον ἐμπ.*] si quando in eiusmodi periculum inciderint, ubi ea scientia opus est. Ne quis malit *εἰς τοιοῦτόν τι*, conf. ann. ad Symp. p. 175. B.

D. *καὶ αὕτη μὲν προςεσταλμ. —*] *Προςεσταλμένος* dicitur qui compositus est in frugalitatem et ad temperantiam moderationemque redactus: quae sunt verba Budaei Comment. Ling. Gr. p. 78. Isocrat. Panath. p. 666: *συνεσταλμένην ἔχων τὴν διάνοιαν*, h. e. animum modestum ac temperantem. Itaque ars gubernatoria h. l. dicitur moderata et modesta, quia se non iactat, quasi grande quiddam profiteatur ac praestet: id quod facit scilicet rhetorica,



*τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων,*
*ὥςπερ ἡ ῥητορική. καὶ αὕτη μὲν προςεσταλμένη ἐστὶ*
*καὶ κοσμία, καὶ οὐ σεμνύνεται ἐσχηματισμένη ὡς ὑπερ-*
*ήφανόν τι διαπραττομένη, ἀλλὰ ταὐτὰ διαπραξαμένη*
*τῇ δικανικῇ, ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ, οἶμαι, δύ'*
*ὀβολοὺς ἐπράξατο, ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου ἢ ἐκ τοῦ Πόν-*
*του, ἐὰν πάμπολυ ταύτης τῆς μεγάλης εὐεργεσίας, σώ-* E
*σασ' ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρή-*
*ματα καὶ γυναῖκας, ἀποβιβάσασ' εἰς τὸν λιμένα δύο*
*δραχμὰς ἐπράξατο, καὶ αὐτὸς ὁ ἔχων τὴν τέχνην καὶ*
*ταῦτα διαπραξάμενος ἐκβὰς παρὰ τὴν θάλατταν καὶ τὴν*
*ναῦν περιπατεῖ ἐν μετρίῳ σχήματι. λογίζεσθαι γάρ,*
*οἶμαι, ἐπίσταται, ὅτι ἄδηλόν ἐστιν οὕςτινάς τε ὠφέληκε*

quum *διαπρ.* hoc pertineat ad sequentia, opus est aoristo, quem servarunt Ven. Ξ. pr., Ven. Σ. Vind. 2. Flor. x. Meerm. Praesens ortum videtur ex iteratione praegressi *διαπραττομένη*. Defenderunt tamen Buttmannus et Astius praesens tempus sic, ut *διαπραττομένη* dicant designare consuetudinem: cui tempori recte subiungi aoristum, quo tamquam rei exempla insigniantur.

*ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης —*] Coraes p. 346. corrigebat: *ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ, οἶμαι, δύ' ὀβολοὺς ἐπράξατο· ἐὰν δὲ ἐξ*

quae eo nomine se magnifice praedicat. — *οὐ σεμνύνεται ἐσχημ.*, *sie brüstet sich nicht, indem sie sich geberdet, als vollbrächte sie etwas Ueberschwengliches.* Recte Timaeus Gloss. p. 245: *σχηματιζόμενος· προςποιούμενος ἢ συντασσόμενος*, ubi Ruhnkenius hunc locum commemorans *ἐσχηματισμένη* minus recte interpretatur magnifice ornata.

*δύ' ὀβολοὺς ἐπράξατο*] pro mercede exigere solet. v. Rost. §. 116. 8. annot. 4. Matthiae. §. 506.

*ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου —*] „Meminisse videtur harum regionum, quia olim inter has et Graeciam insigne commercium fuit." ROUTH. — *ταύτης τῆς μ. εὐεργεσίας*. Est hic genitivus mercis quem vocant grammatici. Vulgo *ἀντί* intelligunt. Menon. p. 91. D: *καὶ τούτων φανερῶς χρήματα ἀξιοῦσι πράττεσθαι.* cf. Matth. §. 364. Repetendum autem *πράττηται.* — Proxima Ficinus hoc ordine legit: *καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ χρήματα.* Codices tuentur lectionem vulgatam, quam tamen vereor ut Heindorfius bene defenderit comparato loco Menexen. p. 248. A. Notandum igitur hoc exemplum negligentiae, non corrigendum. De *αὐτόν*, h. e. dominum sive patrem familias, v. ad Criton. p. 50. E. Frustra in numero singulari haesit Voegelinus; pluralis enim poni non potuit. — Ceterum de pretio hoc v. Boeckh. Oecon. Attic. T. I. p. 169 seq.

E. *ἐν μετρίῳ σχήματι*] i. e. *ἐν κοσμίῳ.* Ceterum *σχῆμα* non est vestitus, sed habitus.

τῶν συμπλεόντων οὐκ ἐάσας καταποντωθῆναι καὶ οὕς-
τινας ἔβλαψεν, εἰδώς, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς βελτίους ἐξεβί-
512 βασεν ἢ οἷοι ἐνέβησαν οὔτε τὰ σώματα οὔτε τὰς ψυχάς.
λογίζεται οὖν, ὅτι οὐκ, εἰ μέν τις μεγάλοις καὶ ἀνιάτοις
νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνεχόμενος μὴ ἀπεπνίγη,
οὗτος μὲν ἄθλιός ἐστιν, ὅτι οὐκ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲν
ὑπ' αὐτοῦ ὠφέληται· εἰ δέ τις ἄρα ἐν τῷ τοῦ σώματος
τιμιωτέρῳ, τῇ ψυχῇ, πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα,
τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστὶ καὶ τοῦτον ὀνήσειεν, ἄν τε ἐκ
θαλάττης ἄν τε ἐκ δικαστηρίου ἄν τε ἄλλοθεν ὁποθεν-

*Αἰγύπτου ἢ ἐκ Πόντου τύχῃ σώσασα, ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας, ἀποβιβάσασα εἰς τὸν λιμένα, ἐὰν πάμπολυ, ταύτης τῆς μεγάλης εὐεργεσίας δύο δραχμὰς ἐπράξατο.* Iusto audacius, nec opus est mutatione ulla. Verba *ἐὰν πάμπ.* — *εὐεργεσίας* non expressit Ficinus. In uno Par. punctis notata et parenthesi inclusa sunt.

E. *ἢ οἷοι ἐνέβησαν*] *οἵ* Clark. Vat. Vind. 6. Par. CEFW.

P. 512. *λογίζεται οὖν, ὅτι οὐκ, εἰ μὲν —*] Primarium periodi membrum sic potuerit enuntiari: *λογίζεται οὖν, ὅτι οὐ βιωτέον τούτῳ ἐστίν, εἴ τις ἐν τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα:* reputat igitur secum vitam non esse vitalem, si quis multis et insanabilibus animi morbis laboret. Sed quo magis augeatur huius sententiae vis clariusque exsplendescat, aliam sententiam, quae minorem habet gravitatem, huic ita praemittit, ut insertis particulis *μέν* et *δέ* alteram ad alteram referri oportere significet. Quam quidem membrorum coniunctionem optime illustravit Matth. §. 622. 4. cf. Buttmann. Gr. p. 434. ed. decim. Prorsus eadem structurae ratio est p. 516. E: *οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κτλ.* Particulae *μὲν* — *μέν* et *δὲ* — *δέ* eodem modo positae sunt, quo Apolog. Socrat. p. 28. E: *ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, εἰ, ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον —, τότε μὲν οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον ἔμενον ὥσπερ καὶ ἄλλος τις· τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος — ἐνταῦθα δὲ — λείποιμι τὴν τάξιν*, ubi v. annot. Universam loci sententiam Latine interpretamur sic: Itaque secum reputat, quum is, qui magnis et insanabilibus corporis morbis afflictus in mari non perierit, miser sit ideo, quia non perierit, nec eum oportere vivere, qui in eo, quod corpore praestantius est, in animo, multos et insanabiles habeat morbos. Vides igitur *οὐκ* pertinere ad primariam tantum totius enuntiati partem neque referri posse etiam ad interiecta haec: *εἰ μέν τις μεγάλ. κ. τ. λ.*, in qua sententia fuit Heindorfius. Prorsus alius generis est illud p. 508. B. Proxima *καὶ τοῦτον ὀνήσειεν* pendent et ipsa e superioribus illis: *λογίζεται οὖν, ὅτι*, ita ut negandi particula nunc item animo repetenda sit; nam sententia haec est: reputat igitur — eum, qui animi morbo laboret, non oportere vivere neque a se ullo modo iuvari, sive illum e mari conservet sive a iudicii periculo, sive ab alia quacunque calamitate liberet. Quod autem transitur ab indicativo ad optativum, ea res Heindorfium certe non debebat adeo conturbare, ut corrigendum putaret *ὀνήσειεν ἂν* vel *ὀνήσει, ἄν τε κ. τ. λ.* Vid. Tim. p. 18. C. D. Menex. p. 240. D. Charmid. p. 156. E. Xenoph. Anab. II, 1, 3. Sed conf. Matth. §. 529. extr.

Cap. LXVIII. B. *οὐ νόμος ἐστὶ σεμν.*] non est mos superbire. Proxima illa: *ὃς οὔτε στρατηγοῦ κ. τ. λ.*, interpretamur sic: qui nec duce, nedum gubernatore, nec quoquam alio minus interdum servare potest. Nam *μὴ ὅτι*, ne dicam, nedum, minuit ac deprimit vim *τοῦ κυβερνήτου*, cuius ars non tanti aestimatur, quanti ars imperatoris. cf. Matth. §. 624. 4. Intelligitur autem *μηχανοποιός* eximie faber machinarum bellicarum, ut Xenoph. Hellen. II, 4, 15. al.

*μή σοι δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι*] Num tibi videtur cum oratore iudiciali esse comparandus neque pluris faciendus? Exspectabas *μὴ οὖν*. Sed apte contulit Heindorfius Apol. Socrat. p. 28. D., ubi prorsus idem est asyndeton. De praepositione *κατά* similitudinem indicante v. ad Sympos. p. 211. D. Matthiae. Gr. ampl. §. 581. p. 1153 seq.

C. *καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς —*] Dictionem *καταχῶσαι λόγοις, ὕμνοις, ἐπαίνοις* attigerunt Heusde Spec. p. 42. et Bast. Epist. crit. p. 230. ed. Lips. Deinde animadvertes breviloquentiam. Plene enim dicendum fuit: *λέγων δεῖν γίγνεσθαι μηχανοποιοὺς καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τοῦτο (τὸ δεῖν γ. μ.)*: vos obrueret sermonibus, dicens oportere vos fieri machinatores atque ad id vos cohortans,



οὖν σώσῃ, ἀλλ' οἶδεν, ὅτι οὐκ ἄμεινόν ἐστι ζῆν τῷ B
μοχθηρῷ ἀνθρώπῳ· κακῶς γὰρ ἀνάγκη ἐστὶ ζῆν.
Cap. LXVIII. Διὰ ταῦτα οὐ νόμος ἐστὶ σεμνύνεσθαι
τὸν κυβερνήτην, καίπερ σώζοντα ἡμᾶς. οὐδέ γε, ὦ θαυ-
μάσιε, τὸν μηχανοποιόν, ὃς οὔτε στρατηγοῦ, μὴ ὅτι κυ-
βερνήτου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἐλάττω ἐνίοτε δύναται
σώζειν· πόλεις γὰρ ἔστιν ὅτε ὅλας σώζει. μή σοι δοκεῖ
κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι; καίτοι εἰ βούλοιτο λέγειν, ὦ
Καλλίκλεις, ἅπερ ὑμεῖς, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα, καταχώ-
σειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις, λέγων καὶ παρακαλῶν ἐπὶ C

Flor. a. c. f. m. s. male. Neque enim hic *ὃς* pro *οἷος* poni potuit. v. ad Phaedr. p. 244. D. et infra p. 516. C. Censuit tamen Winckelmann. ad Euthydem. p. 46. *οἵ* verum esse, scilicet *ὅς* simpliciter pro *οἷος* poni ratus et insistens unice codicum vestigiis.

P. 512. *ὁποθενοῦν σώσῃ*] Sic Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. CEIVW. Flor. a. b. c. d. f. s. x. Legebatur olim *σώζῃ*.

τὸ δεῖν γίγνεσθαι μηχανοποιούς, ὡς οὐδὲν τἆλλά ἐστιν· ἱκανὸς γὰρ αὐτῷ ὁ λόγος. ἀλλὰ σὺ οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ καταφρονεῖς καὶ τῆς τέχνης τῆς ἐκείνου, καὶ ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν, καὶ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ οὔτ' ἂν δοῦναι θυγατέρα ἐθέλοις, οὔτ' ἂν αὐτὸς τῷ σαυτοῦ λαβεῖν τὴν ἐκείνου. καίτοι ἐξ ὧν τὰ σαυτοῦ ἐπαινεῖς, τίνι δικαίῳ λόγῳ τοῦ μηχανοποιοῦ καταφρονεῖς
D καὶ τῶν ἄλλων ὧν νῦν δὴ ἔλεγον; οἶδ' ὅτι φαίης ἂν βελτίων εἶναι καὶ ἐκ βελτιόνων. τὸ δὲ βέλτιον εἰ μὴ

C. *αὐτοῦ καταφρονεῖς*] Vitiose Steph. *καταφρονοῖς*.
*οὔτ' ἂν αὐτὸς τῷ σαυτοῦ λαβεῖν*] Verba *τῷ σαυτοῦ*, vulgo male omissa, restituit Bekkerus ex Par. V., nos dedimus etiam e Flor. b. Iis omissis sententia pervertitur mirifice.
D. *μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν· ὁπόσον δὲ χρ.*] Vulgo *μὴ*

quia cetera nihil sint, h. e. ne flocci quidem aestimanda. Egregie hominem ita inducit declamitantem, ut ab inchoata structura obliqua transeat ad rectam orationem: *ὡς οὐδὲν τἆλλά ἐστιν:* in quo frustra haerebat Heindorfius, qui pro *ἐστί* requirebat *ὄντα* vel *εἶναι*. — *ἱκανὸς γὰρ αὐτῷ ὁ λ.*, nam larga ei dicendi copia.

*ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν*] per contemtum appellitares eum machinatorem. Nam *ἀποκαλεῖν* invidiae, indignationis et contemtionis notionem adiunctam habere solet. Unde lucem accipit locus Theaet. p. 168. D., quem interpretes sinistre acceperunt. Xenophont. Hellenic. II, 3, 18: *ἀποκαλεῖ κόθορνόν με.* Memorabil. I, 2, 6: *τοὺς δὲ λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἀπεκάλει.* Ibid. I, 6, 13: *πόρνον αὐτὸν ἀποκαλοῦσιν.* Ibid. II, 2, 1: *οἶσθά τινας ἀνθρώπους ἀχαρίστους καλουμένους; — καταμεμάθηκας οὖν τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν;* Plura etiam apud Demosthenem et Lucianum reperias. Itaque h. l. perspicuitatis caussa *ὡς ἐν ὀνείδει* additum est.

*ἐξ ὧν τὰ σαυτοῦ ἐπαινεῖς —*] H. e. *ἐκ τούτων* (secundum ea) *ἃ τὰ σ. ἐπαιν.* conf. Matthiae. Gr. §. 421. et qui simillimum locum tractat Buttmann. ad Demosth. Mid. p. 8.

D. *βελτίων — καὶ ἐκ βελτιόνων*] Sic Graeci frequenter. vid. Markland. ad Lysid. p. 367. ed. Reisk. Bergler. ad Aristoph. Equitt. p. 186. Heindorf. ad Phaedr. p. 246. B.

*ὄντα ὁποῖός τις ἔτυχε*] quum quis sit qualiscunque sit, *mag man sonst sein, wie man will.* Nam ad *ὁποῖός τις ἔτυχε* intellig. *ὤν*. *ὄντα* referendum ad subiectum indefinitum *τινά*, quod infinitivo *σώζειν* cogitatione addendum est, vel potius illo iam continetur: quam structuram iam supra attigi. Ceterum aoristus pro praesenti positus ut Theaet. p. 179. C: *ἀνάλωτοι γάρ, εἰ ἔτυχον, εἰσί.* — *καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν.* Artium nomen post artificum commemorationem illatum.

*μὴ ἄλλο τι — τοῦ σώζειν*] ne quid — aliud sit quam



ἔστιν ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτ' ἔστιν ἀρετή, τὸ σώζειν αὑτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὄντα ὁποῖός τις ἔτυχε, καταγέλαστός σοι ὁ ψόγος γίγνεται καὶ μηχανοποιοῦ καὶ ἰατροῦ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι τοῦ σώζειν ἕνεκα πεποίηνται. ἀλλ', ὦ μακάριε, ὅρα, μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾖ τοῦ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι.
μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν· ὁπόσον δὲ χρόνον, τόν γε ὡς E
ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλὰ ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ καὶ πιστεύσαντα ταῖς

*γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρ.* Sed recte *ὁπόσον δὲ χρ.* Clark. Vat., quod nunc primum restituimus. Inde ortum est *ὁπόσον δεῖ* Par. CIW. Flor. a. d. f. x. et pr. m. BEF. Pro *ἐατέον* Stephanus invitis libris omnibus scripsit *εὐκτέον*. Buttmannus olim pro *μὴ γὰρ* scribendum putabat *καὶ γάρ*. Winckelmannus Act. Soc. Graec.

servare atque servari. cf. Rost. §. 108. annot. 19.

*μὴ γὰρ τοῦτο μέν, — ἐατέον ἐστί*] Totum locum refert Marc. Antonin. Comm. ad se ipsum Libr. VII. Sect. XVI. Sententia verborum satis aperta est: Nam, inquit, istud quidem, quam diu vivas, ei, qui vere vir sit, non curandum est, neque vitae amori indulgendum, sed committere hoc debet deo atque fidem habens muliercûlis dictitantibus neminem ullum posse fatum effugere, deinde id spectare, quomodo etc. Sed haeretur in vulgata lectione verborum supra indicata. Stephanus de Cornarii coniectura reposuit *εὐκτέον ἐστί*, quod non debebat probare Heindorfius. Nam ut taceam formam *εὐκτέον* admodum esse suspectam, de qua re vid. Bastius Epistol. critic. p. 217. ed. Lips., male profecto post *μὴ γὰρ — εὐκτέον* statim inferretur *καὶ οὐ φιλοψυχητέον.* Quocirca Buttmannus olim scribendum coniecit: *καὶ γὰρ — ἐατέον ἐστί*, qua coniectura sane sententiae bene consulitur. Sed tamen libri omnes constanter *μή* tenent. Itaque idem vir doctus postea *μή* dictum esse statuit, sicuti post *ὅρα* et *δέδοικα* alibi dicitur. Verum nec haec ratio caret dubitatione. Quamobrem Hermannus nuper audacter de suo scripsit: *ἡδὺ γὰρ τοῦτο μὲν τὸ ζῆν· ὁπόσον δὲ χρόνον κ. τ. λ.* Sed displicet istud *ἡδὺ* pro *μὴ* non modo audaciae nomine, verum etiam ideo, quia illo vocabulo argumentationi obtruditur notio a re ipsa nunc aliena. Nec vero tanta opus fuit mutatione. Imo nihil nisi *ὁπόσον δὲ* ex optimis codicibus fuit restituendum, quod nunc revocavimus emendata verborum interpunctione. Ita enim ad *μὴ γὰρ τοῦτο, τὸ ζῆν*, intelligendum relinquitur *οἷον τὸ ἀγαθὸν καὶ γενναῖον εἶναι*, hoc sensu: noli enim putare istud quidem, videlicet ut vivas (cuius rei notio iam praegresso *σώζειν τε καὶ σώζεσθαι* indicata est), honestum atque bonum esse: imo quam diu (vivat), id eum, qui vere vir sit, curare non oportet etc. Ad *μὴ γὰρ τοῦτο μέν* quod intelligendum

γυναιξίν, ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι, τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπτέον, τίν' ἂν τρόπον τοῦτον ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι ὡς ἄριστα βιῴη, ἆρα ἐξομοιῶν αὑτὸν τῇ
513 πολιτείᾳ ταύτῃ, ἐν ᾗ ἂν οἰκῇ, καὶ νῦν δὲ ἄρα δεῖ σὲ ὡς ὁμοιότατον γίγνεσθαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, εἰ μέλλεις τούτῳ προςφιλὴς εἶναι καὶ μέγα δύνασθαι ἐν τῇ πόλει; τοῦθ' ὅρα εἰ σοὶ λυσιτελεῖ καὶ ἐμοί, ὅπως μή,

Lips. Vol. II. Fasc. 1. p. 18. corr. *μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν, ὁπόσον δὲ χρόνον τόν γε κ. τ. λ.* adversante loci sententia. v. explicat.

E. *ὃν μέλλει χρόνον β.*] Clark. Vat. Coisl. Par. BCIV. Vind. 1. 6. Flor. b. Bodl. *μέλλοι,* quod olim ob seq. *βιῴη* praetuli, nunc a grammaticis indicativum in obliqua oratione aegre ferentibus invectum puto. conf. Phaedon. p. 61. B. 94. C. Protagor. p. 320. D. Matthiae. Gr. §. 529. 3. Indicativum etiam Bekkerus servavit.

censemus *οἷον* vel *νόμιζε,* id certe neminem male habebit, qui quam crebro *μή μοι, μὴ σύ γε,* al. omisso verbo dicatur, bene meminerit. v. ad Menon. p. 74. D. Hipp. Mai. p. 291. C. Protag. p. 318. B. Reip. I. p. 345. B. II. 381. E. Nimirum perducit ad hanc rationem quod praecessit: *ἀλλ', ὦ μακάριε, ὅρα, μὴ ἄλλο τι κ. τ. λ.* Nec quemquam morabitur, quod post *τοῦτο μέν* per appositionem infertur *τὸ ζῆν.* Porro *ἐᾶν* nunc fere idem est, quod alibi plenius dicitur *ἐᾶν χαίρειν,* non curare, ut Phaedon. c. VIII. extr. Accusativi autem *ἄνδρα — ἐπιτρέψαντα* pendent e nomine verbali; v. infra p. 513. E. et Criton. p. 49. A. Iam pro *ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων* exspectabas *ἐπιτρ. ταῦτα.* Sed *περὶ τούτων* additum, quia *ἐπιτρέπειν* ita solet usurpari, ut accusativus nominis ex orationis serie intelligendus relinquatur. Plene dixeris: *ἀλλὰ ἐπιτρέψαντα πάντα περὶ τούτων τῷ θεῷ,* sed omnia deo permittentem, quod haec attineat etc. De quo verbi usu monuit Astius ad Rempubl. p. 378. conf. ad Alcibiad. I. p. 117. E. — *οὐδ' ἂν εἷς,* ne unus quidem, i. e. plane nullus, ut infra p. 519. C. v. ad Sympos. p. 139. — *τὸ ἐπὶ τούτῳ,* deinceps. vid. Matth. Gr. ampl. p. 572. §. 283. — Quod mulierculis potissimum tribuit sententiam illam: *ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι,* eius rei caussa neminem latebit. v. Legg. X. p. 909. E. ibique annot. Cicero De Natura Deor. I, 20: Quanti haec philosophia aestimanda est, cui tamquam aniculis et iis quidem indoctis fato fieri videntur omnia? Sed vid. Gataker. ad Antonin. VII. §. 46., ubi hic locus affertur.

P. 513. *καὶ νῦν δὲ ἄρα δεῖ —*] Pendent haec utique a praegresso *σκεπτέον ἆρα:* de qua ratione non erat cur dubitaret Heindorfius, qui rectius *ἄρα* scribi iudicavit. Nihil esset offensionis, si scriptum legeretur: *καὶ ἆρα νῦν ἄρα δεῖ —,* sed propter totius orationis conformationem *ἆρα* commode iterari



ὦ δαιμόνιε, πεισόμεθα ὅπερ φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας, τὰς Θετταλίδας, σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῖν ἔσται ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει. εἰ δέ σοι οἴει ὁντινοῦν ἀνθρώπων παραδώσειν
τέχνην τινὰ τοιαύτην, ἥτις σε ποιήσει μέγα δύνασθαι ἐν B
τῇ πόλει τῇδε ἀνόμοιον ὄντα τῇ πολιτείᾳ εἴτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον εἴτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς

P. 513. *τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων*] Sic Par. BCFW. Flor. a. *τῷ Ἀθηναίων,* quod recepit Bekker. Vulg. *τῷ δ. τῶν,* unde facile exsculpas *τῷ τῶν Ἀθηναίων.*

*πεισόμεθα ὅπερ φασὶ*] V. *πεισώμεθα,* forma soloeca. Recte Clark. Vat. Coisl. Par. EIVW. Bodl. et pr. Vind. 2. *πεισόμεθα.* Et sequitur etiam in sententia illustrationis caussa adiecta futurum *ἔσται.* Dein *Θετταλίδας* Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Aug. Meerm. Flor. x. cum ed. Bas. 2. Legebatur vulgo *Θετταλικάς.*

*εἰ δέ σοι οἴει*] V. *σὺ οἴει.* Correctum e Clark. Vat. Coisl. Par. BCFW.

non potuit. — *τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων.* Habet haec appositio nescio quid irrisionis, ut huic loco plane accommodata sit. vid. ad Apolog. Socrat. p. 34. A. Criton. p. 51. A. Itaque vulgatam lectionem *τῷ δ. τῶν Ἀθην.* mutare placuit.

*ὅπως μή, — σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῖν ἔσται —*] Verba *σὺν τοῖς φιλτάτοις — τῆς ἐν τῇ πόλει* per epexegesin addita sunt superioribus *ὅπως μὴ πεισόμεθα:* quod genus constructionis tetigi ad p. 450. A. Apolog. Socrat. p. 22. A. et mox p. 513. C. in verbis: *πέπονθα — πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι,* rursus notavi. Male haec convertunt interpretes, quasi *ἡμῖν ἔστω* pro *ἡμῖν ἔσται* legissent. — *τὴν σελήνην καθαιρεῖν,* lunam deducere, frequenter dicuntur veneficae Thessalae. v. interpp. ad Horat. Epod. v. 45. Tibull. I, 2, 43. Voss. ad Virg. Eclog. VIII. v. 69 seqq. Abiit autem res in proverbium. Suidas: *Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις· αἱ τὴν σελήνην καθέλκουσαι Θετταλίδες λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν* (Zenobius leg. *παίδων*) *στερίσκεσθαι. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων.* — Ad hanc dictionem deinde respiciens dicit *ἡ αἵρεσις ἡμ. ἔσται,* ludens in vocis ambiguitate. Itaque sententia totius loci haec est: hoc vide an tibi expediat atque mihi, ne nobis accidat quod accidere dicunt sagis Thessalis lunam deducentibus, videlicet ne cum damno eorum, quae nobis carissima esse debent, h. e. cum damno virtutis et honestatis, ad nos deducamus istam in civitate potentiam. Proverbiale loquendi genus esse videtur *σὺν τοῖς φιλτάτοις,* cum iactura carissimorum pignorum. Heindorfius *ἐπὶ τοῖς φ.* scriptum malebat. Sed vide, an vulgatum tueatur illud Homeri Iliad. δ'. vers. 161: — *σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν, Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσιν, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν.*

B. *εἴτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον*

*βουλεύει, ὦ Καλλίκλεις· οὐ γὰρ μιμητὴν δεῖ εἶναι, ἀλλ'*
*αὐτοφυῶς ὅμοιον τούτοις, εἰ μέλλεις τι γνήσιον ἀπεργά-*
*ζεσθαι εἰς φιλίαν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ καὶ ναὶ μὰ Δία*
*τῷ Πυριλάμπους γε πρός. ὅςτις οὖν σε τούτοις ὁμοιό-*
*τατον ἀπεργάσεται, οὗτός σε ποιήσει, ὡς ἐπιθυμεῖς πο-*
C *λιτικὸς εἶναι, πολιτικὸν καὶ ῥητορικόν· τῷ αὑτῶν γὰρ*
*ἤθει λεγομένων τῶν λόγων ἕκαστοι χαίρουσι, τῷ δὲ*
*ἀλλοτρίῳ ἄχθονται. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, ὦ φίλη*
*κεφαλή. Λέγομέν τι πρὸς ταῦτα, ὦ Καλλίκλεις;*

Cap. LXIX. *ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ', ὅντινά μοι τρόπον*
*δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες. πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολ-*
*λῶν πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι. ΣΩ. Ὁ δήμου*
*γὰρ ἔρως, ὦ Καλλίκλεις, ἐνὼν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ σῇ ἀντι-*



*στατεῖ μοι· ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταὐτὰ* D
*ταῦτα διασκοπώμεθα, πεισθήσει. ἀναμνήσθητι δ' οὖν,*
*ὅτι δύ' ἔφαμεν εἶναι τὰς παρασκευὰς ἐπὶ τὸ ἕκαστον*
*θεραπεύειν, καὶ σῶμα καὶ ψυχήν, μίαν μὲν πρὸς ἡδονὴν*
*ὁμιλεῖν, τὴν ἑτέραν δὲ πρὸς τὸ βέλτιστον, μὴ καταχαρι-*
*ζόμενον, ἀλλὰ διαμαχόμενον. οὐ ταῦτα ἦν ἃ τότε ὡρι-*
*ζόμεθα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἑτέρα,*
*ἡ πρὸς ἡδονήν, ἀγεννὴς καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ κολακεία*
*τυγχάνει οὖσα. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ἔστω, εἰ βούλει, σοὶ οὕ-* E
*τως. ΣΩ. Ἡ δέ γε ἑτέρα, ὅπως ὡς βέλτιστον ἔσται*
*τοῦτο, εἴτε σῶμα τυγχάνει ὂν εἴτε ψυχή, ὃ θεραπεύομεν;*
*ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἡμῖν ἐπιχειρη-*
*τέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν, ὡς*

C. *Λέγομέν τι πρὸς ταῦτα*] *Λέγωμεν* Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 7. Par. IV., ut volebat Heindorf. rescribi. Sed recte se habet indicativus, cuius hic est sensus: Dicimusne ad haec aliquid? Sic *πῶς λέγομεν; τί λέγομεν;* et alia frequentantur. v. ad Symp. p. 176. A.

*ἔρως, ὦ Καλλ.*] Istud *ὦ Καλλ.* post *τῇ σῇ* collocat Steph., praeter libros Par. EF. paucis suffragantibus.

D. *ἐπὶ τὸ ἕκαστον θερ.*] Steph. *ἑκάστου*. Distinxi commate post *θεραπεύειν*. Dein Coisl. *τὴν δὲ ἑτέραν*, quod dedit Bekker.

E. *εἰ βούλει, σοὶ οὕτως*] Sic plerique libri cum Clark. Vat. Coisl. Vett. editt. *σὺ οὕτως*.

*ἡμῖν ἐπιχειρητέον*] Sic vett. editt. Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. alii non pauci *ἐπιχ. ἡμῖν*. Dein Stephanus invitis libris correxit *τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας*, sed v. ann.

*εἴτ' ἐπὶ τὸ χ.*] Nos dicimus: *sei es nun nach der bessern oder sei es nach der schlechtern Seite.* v. ad Phileb. p. 40. C. Thucyd. I, 21: *οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προςαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον.* Sunt vero haec cum verbis *ἀνόμοιον ὄντα τῇ πολιτείᾳ* connectenda. — *οὐκ ὀρθῶς βουλεύει*, non bene tibi consulis. v. ad Men. p. 80. B.

*εἰ μέλλεις τι γνήσιον ἀπ.* —] si vis genuinum quiddam facere ad parandam tibi cum populo Atheniensi amicitiam. Nam *τῷ — δήμῳ* pendet ab *φιλίαν*, recte monente Heindorfio. vid. ad Euthyphr. p. 13. D. 15. A.

*καὶ ναὶ μὰ Δία* —] Respicit ad verba p. 481. D., ubi v. annot. De *καὶ — γε πρός* v. ad p. 469. B.

*ἐπιθυμεῖς πολιτικὸς εἶναι, πολιτικὸν κ. ῥ.*] Iteratur *πολιτικός* non sine vi et gravitate, ut non assentiar iis, qui priore loco delendum censuerunt.

*τῷ αὑτῶν γὰρ* —] nam orationibus ad suum ipsorum ingenium dictis gaudent. — *εἰ μή τι σὺ ἄλ.*, nisi forte tu aliud quid afferas. Nam ita haec superioribus annectenda sunt. Perperam locum distinxit Findeisen.

Cap. LXIX. C. *οὐ π. σοι πείθομαι*] Vid. annot. ad p. 513. A. Similiter varium et inconstans vulgi iudicium notatur Menon. p. 95. C: *καὶ γὰρ αὐτὸς ὅπερ οἱ πολλοὶ πέπονθα· τοτὲ μέν μοι δοκοῦσι, τοτὲ δ' οὔ.*

*ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ β.*] Exspectabas aut: *ἀλλ' ἴσως ἐὰν πολλάκις*, aut: *ἀλλ' ἐὰν π. καὶ β. — ἴσως πεισθήσει*. Itaque Findeisen. et Heindorfius voculam paullulum traiectam putant; Schaeferus autem ad Apollon. Rhod. T. II. p. 582. eandem delendam censet utpote natam ex antecedentibus litteris *ις* et male intellecta nota copulae *καί*, quae in codd. frequenter cum *ὡς* confundatur. Quin Astius illam ante *πεισθήσει* iubet inferri. Sed quidni *ἴσως* recte item referatur ad protasin, praesertim quum sicuti Latinum fortasse cum leni quadam irrisione et cavillatione dicatur?

D. *ἀναμνήσθητι δ' οὖν* —] Frequens est *δ' οὖν* in epanalepsi: unde apparet, quam recte hoc loco dicatur, ubi disputatio ad superiora revertitur. Deinde Stephanus invitis codd. edidit *ἐπὶ τὸ ἑκάστου θεραπεύειν κ. τ. λ.* Qua mutatione certe non opus erat, siquidem verba *καὶ σῶμα καὶ ψυχήν* illustrationis ergo addita sunt voc. *ἕκαστον*. — *μὴ καταχ., ἀλλὰ διαμαχόμενον*, non gratificantem et blandientem, sed repugnantem et adversantem. Pertinet accusativus ad *ὁμιλεῖν*, in quo continetur subiectum indefinitum.

*Ἔστω, εἰ βούλει, σοὶ οὕτως*] P. 510. A: *ἔστω σοι τοῦτο — οὕτως*. Non opus igitur, ut cum Stephano scribamus: *εἰ βούλει σύ, οὕτως*.

E. *Ἡ δέ γε ἑτέρα*] Heindorfius intelligendum censet *οὕτως ἐστίν*. Malim suppleri *ὁμιλεῖ*, nam structuram verborum *κατὰ τὸ νοούμενον* esse conformatam apparet. Sententiam loci reddidit Aristides Oratt. Plat. II. p. 116., unde qui Platonis verba vellet corrigere, temerarius foret.

*Ἆρ' οὖν οὕτως* —] Iniuria Stephanus correxit *τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας*, qui accusativi

βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας; ἄνευ γὰρ
δὴ τούτου, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εὑρίσκομεν, οὐδὲν
514 ὄφελος ἄλλην εὐεργεσίαν οὐδεμίαν προσφέρειν, ἐὰν μὴ
καλὴ κἀγαθὴ ἡ διάνοια ᾖ τῶν μελλόντων ἢ χρήματα
πολλὰ λαμβάνειν ἢ ἀρχήν τινων ἢ ἄλλην δύναμιν ἡντι-
νοῦν. θῶμεν οὕτως ἔχειν; *ΚΑΛ.* *Πάνυ γε, εἴ σοι ἥδιον.*
*ΣΩ.* *Εἰ οὖν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὦ Καλλίκλεις,*
δημοσίᾳ πράξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, ἐπὶ τὰ
οἰκοδομικά, ἢ τειχῶν ἢ νεωρίων ἢ ἱερῶν ἐπὶ τὰ μέγιστα
οἰκοδομήματα, πότερον ἔδει ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι ἡμᾶς

P. 514. *δημοσίᾳ πράξαντες*] V. *πράξοντες*, quod Hermann. unice probat. Sed magno consensu Vind. 6. Par. B C E F W. Flor. a. et pr. Clark. Vat. Coisl. *πράξαντες* aoristum tuentur. v. explicat. In Flor. d. scriptum *δημοσίᾳ τι πρᾶξαι τῶν πολιτικῶν*. In aliquot codd. desunt verba *τῶν πολιτικῶν πραγμάτων*.

regerentur a *θεραπεύειν*. Nam infinitivus explicationis gratia additur hisce: *ἐπιχειρητέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις*, ut plene dici potuerit etiam hoc modo: *ὥστε αὐτοὺς θεραπεύειν*. Prorsus eadem est verborum structura De Republ. III. p. 416. A: *ἐπιχειρῆσαι τοῖς προβάτοις κακουργεῖν*. Criton. p. 52. B: *οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι*, h. e. *αὐτοὺς εἰδέναι*. Phaedr. p. 271. C. Legg. III. p. 700. C. VII. p. 790. D. XI. p. 941. D. De Rep. III. p. 407. C. Tim. p. 33. C., ubi consulas annot. nostr. Videlicet etiam in talibus confusae sunt duae constructiones. Nam aut infinitivus omittendus erat, aut dicendum *ἐπιχειρητέον τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας θεραπεύειν*. Sed servato dativo etiam infinitivus adiicitur. Itaque non probo Heindorfium post *πολίταις* commate distinguentem. Proxima: *ὡς βελτίστους — ποιοῦντας*, addita sunt sic, ut declarent vim vocis *οὕτως*. Phaedon. p. 59. A: *σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες*, ubi v. annot. Neque discrepant ab hoc usu participii talia: Phaedon. p. 102. D: *λέγω δὲ τοῦδ' ἕνεκα, βουλόμενος δόξαι σοὶ ὅπερ ἐμοί.* Parmenid. in.: *πάρειμί γε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, δεησόμενος ὑμῶν κτλ.* De accusativo *ποιοῦντας* post dativum illato v. ad p. 492. B. et p. 512. D.

P. 514. *ἐὰν μὴ καλὴ κἀγαθὴ ἡ δ.*] Poterant haec commode omitti, quum praecedat *ἄνευ γὰρ δὴ τούτου*. Sed amant Graeci hanc sermonis ubertatem. vid. Matth. §. 636.

*εἴ σοι ἥδιον*] Addit haec cum irrisione significaturus se non ex animi sententia concedere Socrati, sed ut ei gratum faciat.

*δημοσίᾳ πράξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων*] Genitivus partem significat; vulgo intelligunt *τι*. Plurima huius generis exempla collegit Fisch. ad Weller. T. III. P. I. p. 263. et viri docti, quos laudavit, quibus adde quae commemoravit Schaeferus ad Lambert. Bos. Ellips. p. 475 seq. atque nos ipsi ad Reip. IV. p. 445. E. VI. p. 485. B. exposuimus. Pro vulgato *πράξοντες* quod restituimus *πράξαντες*, eodem modo infra §. D: *κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους*, ubi Heindorfius invitis libris *ἐπιχειρήσοντες* reposuit. Ficinus: „Si ergo nos invicem, o Callicles, cohortaremur, publice civilia pertractantes, ad murorum vel navalium vel templorum ingentia aedificia" etc. Vides nec hunc futurum legisse, quod dubito an per totius loci rationem stare non possit. Nimirum aoristus denotat id, quod quis iam facere instituit. Si nos, inquit, quum ad negotia publica accessissemus, invicem hortaremur ad suscipienda architecturae opera etc.



αὐτοὺς καὶ ἐξετάσαι, πρῶτον μὲν εἰ ἐπιστάμεθα τὴν B
τέχνην ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα, τὴν οἰκοδομικήν, καὶ παρὰ
τοῦ ἐμάθομεν; ἔδει ἄν, ἢ οὔ; *ΚΑΛ.* *Πάνυ γε.* *ΣΩ.*
Οὐκοῦν δεύτερον αὖ τόδε, εἴ τι πώποτε οἰκοδόμημα
ᾠκοδομήκαμεν ἰδίᾳ ἢ τῶν φίλων τινὶ ἢ ἡμέτερον αὐτῶν,
καὶ τοῦτο τὸ οἰκοδόμημα καλὸν ἢ αἰσχρόν ἐστι. καὶ εἰ
μὲν εὑρίσκομεν σκοπούμενοι διδασκάλους τε ἡμῶν ἀγα-
θοὺς καὶ ἐλλογίμους γεγονότας καὶ οἰκοδομήματα πολλὰ C
μὲν καὶ καλὰ μετὰ τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα ἡμῖν,
πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἡμῶν, ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων ἀπηλ-

B. *καὶ εἰ μὲν εὑρίσκομεν*] Fortasse scrib. *ηὑρίσκομεν*. v. infra D. extr.

C. *ἰδίᾳ ἡμῶν*] *ἰδίᾳ ὑφ' ἡμῶν* Bekkerus ex uno Par. V. Ceteri libri *ἴδια* aut *ἰδίᾳ ἡμῶν*.

B. *πρῶτον μὲν εἰ ἐπιστάμεθα —*] Accurata ratio exigebat utique *ἠπιστάμεθα — ἠπιστάμεθα*. Sed nihil mutandum esse docent proxima: *εἴ τι πώποτε οἰκ. ᾠκοδομήκαμεν ἰδίᾳ —, καὶ τοῦτο — αἰσχρόν ἐστι.* Nam ad *Οὐκοῦν δεύτερον αὖ τόδε* apparet e superioribus intelligendum esse *ἔδει ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι*: ut hic prorsus eadem sit verborum constructio. Quocirca ab oratione suspensa transitur repente ad sermonem rectum neque extrinsecus pendentem: quam rationem Graecos pro eo quo pollebant ingenii vigore et alacritate frequenter usurpasse hodie satis constat.

C. *πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἡμ. —*] Libri vel *ἰδίᾳ ἡμῶν* vel *ἴδια ἡμῶν* praebent. Postremum tuetur Heindorfius, qui *ἴδια ἡμῶν* dictum putat ut *ἡμέτερα αὐτῶν*. At enim vero quum haec opponantur illis: *μετὰ τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα*, quid privatarum aedium commemoratio nunc velit, equidem non perspicio. Liber unus Paris. *ἰδίᾳ ὑφ' ἡμῶν*, unde olim conieci *ἰδίᾳ ἐφ' ἡμῶν*, ipsi per nos, nostra ipsorum opera: quae verba quorsum spectent, accuratius declaratur istis: *ἐπειδὴ τῶν διδ. ἀπηλλάγημεν*, postquam magistros reliquerамus. Dictionem *ἐφ' ἑαυτοῦ, ἐπ' ἐμοῦ, ἐφ' ὑμῶν*, illustravit Hermann. ad Viger. p. 859., tetigi ipse ad Sympos. p. 201. D. Nec vero nos poenitet iam huius

λάγημεν, οὕτω μὲν διακειμένων, νοῦν ἐχόντων ἦν ἂν ἰέναι ἐπὶ τὰ δημόσια ἔργα· εἰ δὲ μήτε διδάσκαλον εἴχομεν ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδεῖξαι οἰκοδομήματά τε ἢ μηδὲν ἢ πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια, οὕτω δὲ ἀνόητον ἦν δήπου ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις καὶ παρακαλεῖν ἀλλή-
D λους ἐπ' αὐτά. φῶμεν ταῦτα ὀρθῶς λέγεσθαι, ἢ οὔ; *ΚΑΛ.* Πάνυ γε.

Cap. LXX. *ΣΩ.* Οὐκοῦν οὕτω πάντα, τά τε ἄλλα, κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν παρεκαλοῦμεν ἀλλή-

*οὕτω δὲ ἀνόητον ἦν*] Vulgo *δή*. Bas. 2. *δέ*, quod recepit Bekker. v. ad Apol. Socr. p. 28. E.

D. *ἐπιχειρήσαντες δημοσ.*] Heindorfius *ἐπιχειρήσοντες* invitis codd. et vett. editt. Dein Steph. *ἐπισκεψώμεθα*. Ald. Bas. 1. *ἐπισκεψόμεθα*. Pro *ἐγώ τε*, quod debetur Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind.

conjecturae nostrae, quamquam facile palmam concedimus invento Voemelii etiam Hermanno probato: *πολλὰ δὲ καὶ διὰ ἡμῶν*, h. e. nostra ipsorum opera sine alieno auxilio, sine magistris.

*οὕτω μὲν διακειμένων, νοῦν ἐχόντων ἦν ἄν*] H. e. *εἰ οὕτω μὲν διεκείμεθα* (si et peritis magistris usi essemus et ipsi per nos multa ac praeclara aedificia exstruxissemus), *νοῦν ἐχόντων ἂν ἦν*, prudens esset ad publica opera accedere. Monui propter Findeisenium, qui *νουνεχόντως* scribendum putabat. Dictio *ἰέναι ἐπί τι* frequens est apud Platonem. Infra p. 515. B: *ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα.* Protagor. p. 360. A: *οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι ἐπὶ τὸ κάλλιον.* Ibid.: *οὐκ ἐπὶ τὸ κάλλιόν τε καὶ ἄμεινον καὶ ἥδιον ἔρχεται.* Cratyl. p. 413. B. Phileb. p. 46. B. p. 50. D. p. 62. D. Alcib. I. p. 132. B. Itaque frustra fuit qui *ἀνιέναι* corrigeret, licet in codd. aliquot ita scriptum sit.

*μήτε διδάσκαλον — οἰκοδομ. τε*] *Τὲ* post *μήτε* illatum illustravi infra p. 522. B. — *ἢ πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια*, aut multa nullius pretii. Nam *πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια* dictum ut *πολλὰ καὶ καλά*. v. Matth. §. 444. 3. — Deinde Heindorfius post *ἀνόητον* putabat *ἂν* omissum esse. Meliora docebunt Thiersch. §. 333. 1. c. p. 637. edit. 3. Matth. Gr. amplior. §. 508. 2. p. 968. Schaef. ad Demosthen. Apparat. T. II. p. 324. Meletematt. crit. p. 55. conf. nostra ad Sympos. p. 190. C.

Cap. LXX. D. *κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες — ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἄν*] In his cavendum est, ne *ἄν* cum *καί* conflatum referatur ad verba *εἰ ἐπιχειρήσαντες δ. παρεκαλοῦμεν*; pertinet enim ad *ἐπεσκεψάμεθα*, ubi tamen perspicuitatis caussa iteratum est. Supra p. 465. C: *καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει —, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν.* Ratio huius structurae cognosci pote-



λους ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες, ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἂν ἐγώ τε σὲ καὶ σὺ ἐμέ, Φέρε πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; ἢ ἤδη τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου, ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος; Κἂν ἐγώ, οἶμαι, περὶ σοῦ ἕτερα τοιαῦτα ἐσκόπουν. καὶ
εἰ μὴ ηὑρίσκομεν δι' ἡμᾶς μηδένα βελτίω γεγονότα τὸ E
σῶμα, μήτε τῶν ξένων μήτε τῶν ἀστῶν, μήτε ἄνδρα μήτε γυναῖκα, πρὸς Διός, ὦ Καλλίκλεις, οὐ καταγέλαστον ἂν ἦν τῇ ἀληθείᾳ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐλθεῖν

1. 2. 6. 7. Par. CIV. Flor. a. b. c. d. x. Aug. Meerm., in vett. editt. est *ἔγωγε*.

*ἢ ἤδη τις ἄλλος*] Sic Par. F. corr. Ceteri libri *ἢ εἰ δή τις ἄλλος*.

*εἰ μὴ ηὑρίσκομεν*] Sic Clark. Vat. pro vulg. *εὑρίσκομεν*. conf. p. 513. E. Matth. Gramm. §. 167. Buttm. §. 84. 3. Lobeck. ad Phryn. p. 140.

rit ex iis, quae ad Apolog. Socrat. p. 11. disputavimus. Addimus Sophist. p. 256. B. Menex. p. 236. D. Lysid. p. 209. E. Protag. p. 318. B. De Rep. VIII. p. 515. E. Xenoph. Symp. II, 20. De aoristo *ἐπεσκεψάμεθα* post imperfectum *εἰ — παρεκαλοῦμεν* posito v. p. 447. D. coll. Euthyphron. p. 12. D. Sympos. p. 199. D. ibique annot. Post *ἐμέ* exspectabas additum *λέγοντες οὕτως* aut simile quiddam. Sed eadem orationis forma est p. 515. A. Ceterum *δημοσιεύειν* est verbum proprium quum de omnibus iis, qui publica munera capessunt (*in Staatsdienste treten*) tum etiam de medicis publice conductis et artem suam publice factitantibus. De huiusmodi medicis eorumque fortuna v. Boeckh. Oecon. Attic. T. I. p. 132.

*ἢ ἤδη τις ἄλλος* —] Vett. editt. *ἢ εἰ δή τις*. Heindorf. quum haec per interrogationem acciperet atque mirifice offenderetur recta oratione statim in obliquam mutata, corrigendum censuit *ἢ ηδη τις ἄλλος*. Quam emendationem amplexi sunt etiam Bekker. et Ast., et ego quoque amplector, etsi solus cod. Paris. F. habet *ἤδη*, idque ex correctione additum. Etenim possunt quidem haec referri ad praecedentia illa: *πῶς ἔχει τὸ σῶμα κ. τ. λ.*, ita ut *εἰ* non interrogare putetur, sed conditionis faciat significationem. Ita oratio gratae cuiusdam negligentiae speciem referet a dialogorum consuetudine minime abhorrentem. Aut, inquit, si quis alius, sive servus sive ingenuus, per Socratem a morbo liberatus est: sc. *πῶς οὗτος ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν;* Sed ipsa sententia huic rationi adversatur.

*εἰ μὴ ηὑρίσκομεν — μηδένα*] H. e. *τινά*.

E. *εἰς τοσοῦτον — ἀνθρώπους*] Heindorf. *ἀνθρώπους* censuit tamquam prorsus importunum delendum esse. Sed recte iudicavit Buttm. orationem fieri graviorem, dum pro

ἀνθρώπους, ὥςτε, πρὶν ἰδιωτεύοντας πολλὰ μὲν ὅπως
ἐτύχομεν ποιῆσαι, πολλὰ δὲ κατορθῶσαι καὶ γυμνάσα-
σθαι ἱκανῶς τὴν τέχνην, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐν τῷ
πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν, καὶ αὐτούς τε
δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν καὶ ἄλλους τοιούτους παρακα-
λεῖν; οὐκ ἀνόητόν σοι δοκεῖ ἂν εἶναι οὕτω πράττειν;
515 *ΚΑΛ.* Ἔμοιγε. *ΣΩ.* Νῦν δέ, ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν,
ἐπειδὴ σὺ μὲν αὐτὸς ἄρτι ἄρχει πράττειν τὰ τῆς πόλεως
πράγματα, ἐμὲ δὲ παρακαλεῖς καὶ ὀνειδίζεις, ὅτι οὐ
πράττω, οὐκ ἐπισκεψόμεθα ἀλλήλους, Φέρε, Καλλικλῆς
ἤδη τινὰ βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν; ἔστιν ὅςτις
πρότερον πονηρὸς ὢν ἄδικός τε καὶ ἀκόλαστος καὶ
ἄφρων διὰ Καλλικλέα καλός τε κἀγαθὸς γέγονεν, ἢ
ξένος ἢ ἀστός, ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος; *Λέγε μοι*, ἐάν
B τίς σε ταῦτα ἐξετάζῃ, ὦ Καλλίκλεις, τί ἐρεῖς; τίνα φή-
σεις βελτίω πεποιηκέναι ἄνθρωπον τῇ συνουσίᾳ τῇ σῇ;
— Ὀκνεῖς ἀποκρίνασθαι, εἴπερ ἔστι τι ἔργον σὸν ἔτι

E. *δοκεῖ ἂν εἶναι*] V. soloece *δοκῇ*. Recte Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. alii plurimi *δοκεῖ*. Vind. 6. et Par. W. *δοκοῖ*; sed *ἂν* pertinet ad infinitivum.

P. 515. *ἢ ἀστός*] om. Clark. Vat.

B. *τίνα φήσεις — ἄνθρωπον τῇ σ.*] *ἀνθρώπων* Hirschig. de coniectura.

*εἴπερ ἔστι τι ἔργον*] Vulgo post *ἔστι* interponitur *τοιόνδε*,

*ἡμᾶς* generalior quaedam notio inferatur, quam Germanice sic exprimere liceat: *Ist es nicht lächerlich, dass Menschen so toll sein können?* Quamquam autem servato isto *ἀνθρώπους* pro *ἐτύχομεν* requiri alicui videatur *ἔτυχον*, tamen sermo recte ad primam personam revertitur, cuius significatio in sententia generaliore latet. Similia exempla personae ita variatae v. ad Euthyphron. p. 5. A. conf. Bernhardy. Syntax. p. 423. Nihili est, quod Astius *ἀνθρώπους* pro *ἡμᾶς* positum iudicat, dissimillima inter se confundens. Proxima sic interpretor: ut, priusquam privatim vel multa utcunque fecissemus vel multa restituissemus nosque satis in hac arte exercuissemus, sicuti scilicet in proverbio dicitur, in dolio figlinam discere aggrederemur. Ad *ὅπως ἐτύχομεν* ex infinitivo *ποιῆσαι* liquet intelligendum relinqui *ποιήσαντες*, usu loquendi prope constanti et legitimo. conf. infra p. 518. C. De formula *τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο* v. ad p. 508.



ἰδιωτεύοντος, πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν; *ΚΑΛ.* Φιλό-
νεικος εἶ, ὦ Σώκρατες.
Cap. LXXI. *ΣΩ.* Ἀλλ' οὐ φιλονεικίᾳ γε ἐρωτῶ,
ἀλλ' ὡς ἀληθῶς βουλόμενος εἰδέναι, ὅντινά ποτε τρόπον
οἴει δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν. ἢ ἄλλου του ἄρα ἐπι-
μελήσει ἡμῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἢ C
ὅπως ὅ τι βέλτιστοι [οἱ] πολῖται ὦμεν; ἢ οὐ πολλάκις
ἤδη ὡμολογήκαμεν τοῦτο δεῖν πράττειν τὸν πολιτικὸν
ἄνδρα; ὡμολογήκαμεν, ἢ οὔ; ἀποκρίνου. Ὡμολογήκαμεν·
ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀποκρινοῦμαι. *Εἰ τοίνυν* τοῦτο δεῖ τὸν
ἀγαθὸν ἄνδρα παρασκευάζειν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, νῦν μοι
ἀναμνησθεὶς εἰπὲ περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὧν ὀλίγῳ
πρότερον ἔλεγες, εἰ ἔτι σοι δοκοῦσιν ἀγαθοὶ πολῖται
γεγονέναι, Περικλῆς καὶ Κίμων καὶ Μιλτιάδης καὶ D
Θεμιστοκλῆς. *ΚΑΛ.* Ἔμοιγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν εἴπερ ἀγα-
θοί, δῆλον ὅτι ἕκαστος αὐτῶν βελτίους ἐποίει τοὺς πολίτας
ἀντὶ χειρόνων. ἐποίει, ἢ οὔ; *ΚΑΛ.* Ναί. *ΣΩ.* Οὐκοῦν

quod om. Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. CEFIVW. Flor. a. b. c. d. f. x. Videtur ortum ex glossemate.

*ἢ ἄλλου του ἄρα*] Libri omnes *ἢ ἄλλου του ἄρα*, quod servavit Herm. Heindorfius scripsit: *ἐν ἡμῖν. ἢ ἄλλου του ἄρα — πολῖται ὦμεν· ἢ οὐ πολλάκις κ. τ. λ.* Schleiermacherus et Bekkerus pro *ἢ* restituerunt *εἰ* de coniectura, invitis codd. Articulum ante *πολῖται* cum Hirschigio ut suspectum notavimus.

D. *ἐποίει, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ναί.*] Pro *Ναί* vulgo repetitur

D. Proverbium *ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν* de iis dici solitum, qui neglectis artium primordiis statim difficiliora aggrediuntur, attigit Zenobius Cent. III, 63. Erasmus Adagg. p. 227. ed. Franc. Legitur etiam Lachet. p. 187. B., ubi v. schol.

Cap. LXXI. P. 515. B. *δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν*] quomodo tandem censeas te rempublicam apud nos administrare oportere. Num igitur aliud quid nobis curabis et spectabis ad rempublicam aggressus nisi hoc etc.? Annon saepe inter nos convenit istud agere oportere virum civilem?

C. *ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες*] P. 503. C.

*Περικλῆς καὶ Κίμων*] Subiectum non primariae sententiae parti accommodatum, sed secundariae. vid. ad Apolog. Socr. p. 41. A. Matthiae. Gramm. §. 474. B.

ὅτε Περικλῆς ἤρχετο λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, χείρους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι ἢ ὅτε τὰ τελευταῖα ἔλεγεν; ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩ. Οὐκ ἴσως δή, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμο-
E λογημένων, εἴπερ ἀγαθός γ' ἦν ἐκεῖνος πολίτης. ΚΑΛ. Τί οὖν δή; ΣΩ. Οὐδέν. ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ ἐπὶ τούτῳ, εἰ λέγονται Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέα βελτίους γεγονέναι, ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου. ταυτὶ γὰρ

*Ἐποίει.* Dedi *Ναί* ex Clark. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. CVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Bodl. et edit. Bas. 2.

*Οὐκ ἴσως δή*] Editt. omnes *δεῖ* pro *δή*, quod restitui e Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. CFIV. Flor. b. d. x. Aug. Meerm. Repetendum *χείρους ἦσαν κ. τ. λ.*

D. *Οὐκ ἴσως δή, ὦ β.* —] Apte contulit Routhius Legg. XII. p. 965. C: *Ἴσως. Οὐκ ἴσως, ἀλλ' ὄντως, ὦ δαιμόνιε, ταύτης οὐκ ἔστι σαφεστέρα μέθοδος ἀνθρώπων οὐδενί.* Perperam vulgo pro *δή* legebatur *δεῖ*, quod in hac elliptica loquendi ratione non habet locum.

E. *Τί οὖν δή;*] Int. *τοῦτο διαφέρει.* V. p. 453. B. p. 497. D. Menon. p. 89. D.

*ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθ.*] Plato quum iudicaret eos, qui rebus civilibus praeessent, neque auram popularem captare neque privatas utilitates et commoda spectare debere, mirum profecto non est, quod tam severe de Pericle iudicavit. Etenim inde ab eo tempore, quo is rempublicam administravit, Athenienses valde corruptos esse historia satis testatur. Nam adeo in segnitiem torporemque soluti sunt, ut nil nisi dies festos apparatusque ludorum magnificos curarent; tam loquaces exstiterunt loquacitatisque amantes, *ὥστε εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.* Unde etiam conciones populares magno studio frequentabant, non tam ut verum audirent, quam ut verborum suavitate delectarentur. Quid quod a pristina morum simplicitate et frugalitate adeo desciverunt, ut inter scorta iuvenes, alea viri et senes, comissationibus omnes vitam transigerent: id quod de iis ex Theopompo rettulit Athenaeus XII, 8. p. 532. D. vid. etiam Philochor. et Phanodem. apud eundem XI. c. 3. Apte compararunt Plutarch. Pericl. p. 156. E. cap. IX: *πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι, κακῶς ἐθισθέντα καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ.* Diluit quidem hoc crimen Plutarchus ita, ut ostendat Periclem initio quidem populo placere studuisse *καὶ πρὸς χάριν πολιτευθῆναι,* quo facilius adversariorum suorum auctoritatem frangeret, his autem superatis se plane alium ostendisse, *πρὸς τὸ βέλτιστον* in gubernanda republica spectantem. Ita tamen rem non negat, sed excusat. Eam vero ulterius persequitur philosophus, qui exinde colligit Periclem non bonum fuisse reipublicae administrum, sed verae artis civitatem gubernandi ignarum et imperitum; huic enim illud unice propositum esse debere, ut cives quam optimi reddantur. Ceterum exstat Aristidis sophistae non una oratio, qua Periclem ceterosque viros in republica claros contra Platonem defendit. Rem uberius persequutus est Imm. Ogienski in commentat. Pericles et Plato, Uratislav. 1838. 8., ubi consulas imprimis p. 93 seqq. Eloquentiam Periclis artis nomine laudat philosophus Phaedr. p. 269. E.



ἔγωγε ἀκούω, Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα. ΚΑΛ. Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων ἀκούεις ταῦτα, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλὰ τάδε οὐκέτι ἀκούω, ἀλλ' οἶδα σαφῶς καὶ ἐγὼ καὶ σύ, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ηὐδοκίμει Περικλῆς καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, ἡνίκα χείρους ἦσαν·

E. *καὶ λάλους*] *ἀλάλους* Clark. Vat. Coisl. Vind. 6. Dein vulgo *μισθοφορὰν* praeter auctoritatem librorum mss.

*ηὐδοκίμει Περικλῆς*] Sic Clark. Vat. pro vulg. *εὐδοκίμει.* Vid. p. 514. D.

*εἰς μισθοφ. πρ. καταστ.*] „*Πρῶτος ἐκεῖνος* (verba Ulpiani sunt de Pericle ad Orat. Demosthen. *περὶ συντάξεως*) *ἔταξε μισθοφορὰν καὶ ἔδωκε τῷ δήμῳ στρατευομένῳ.* p. 50. edit. Bas.: *Ἰδίως τὸν μισθὸν τῶν στρατευομένων οἱ παλαιοὶ μισθοφορὰν ἐκάλουν.* Suidas s. v. *μισθοφορά.* Sed hoc Platonis loco stipendium quodlibet de publico acceptum designari putem. Aristotel. Polit. l. II. c. ult.: *τὰ δικαστήρια μισθοφόρα κατέστησε Περικλῆς,* ubi ad *τὸν δικαστικὸν μισθόν,* quem ob ius dicendum accipere solebant cives, respicitur." ROUTH. — Cf. Bekkeri Anecdot. T. I. p. 158: *Μισθοφορῶ· μισθοῦ στρατεύομαι ἢ ὑπηρετῶ.* Res ex historia lucem capit. Pericles enim populum quum aliis munificentiae generibus, tum imprimis mercede iudiciali et *θεωρικῷ* institutis sibi devinxit: quorsum hic respicitur.

*Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων*] Locus est in Protagor. p. 342. B., qui haec plane illustrat. Narratur ibi multos homines in ceteris Graecorum urbibus vixisse, qui Spartanorum mores et instituta insano studio imitarentur: *ὦτά τε,* ut ait Socrates, *κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτούς.* Itaque ad *λακωνίζοντας* istos homines, quos ridet etiam Aristophanes Avv. v. 1281. Ecclesiazus. v. 74. Vespp. 473., procul dubio respicitur. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 85. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. I. p. 116: *Ὠτοκάταξιν· τὸν συντετριμμένον τὸ οὖς. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.* Olympiodorus: *ἢ ὅτι ἐν ταῖς παλαίστραις ὑπέτριβον τὰ ὦτα* (Lacedaemones videlicet imitantes), *ἢ τοῦτο λέγει πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους ὑπεῖναι τὰ ὦτα καὶ ἀκοῦσαι τῶν λεγομένων.* Prior sententia unice vera est. cf. Prolegg. ad Remp. CIV seqq. Acerbe autem hoc respondet Callicles; constat enim Socratem eiusque discipulos Spartanorum severitatem plane probavisse. v. ad Criton. p. 52. E.

516 ἐπειδὴ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ τε-
λευτῇ τοῦ βίου τοῦ Περικλέους, κλοπὴν αὐτοῦ κατεψη-
φίσαντο, ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου ἐτίμησαν, δῆλον ὅτι ὡς
πονηροῦ ὄντος.

Cap. LXXII. ΚΑΛ. Τί οὖν; τούτου ἕνεκα κακὸς
ἦν Περικλῆς; ΣΩ. Ὄνων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς καὶ ἵππων
καὶ βοῶν τοιοῦτος ὢν κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παρα-
λαβὼν μὴ λακτίζοντας μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνον-
τας ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα.
B ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν ὁτουοῦν
ζῴου, ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα ἀποδείξῃ ἀγριώτερα
ἢ παρέλαβε; Δοκεῖ, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυ γε, ἵνα σοι χα-
ρίσωμαι. ΣΩ. Καὶ τόδε τοίνυν μοι χάρισαι ἀποκρινά-

κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν] Vett. editt. ἐγεγόνεισαν. Aug. γεγόνεισαν. In Clark. Vat. Coisl. aliis non paucis perscriptum legitur ἐγεγόνεσαν. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Par. IV. Flor. b. Meerm. γεγόνεσαν, quod certe non est contemnendum. De omisso plusquamperfecti augmento non est cur exponamus. De terminatione autem plusquamperfecti in εσαν v. Fischer. ad Weller. II. p. 373. Lobeck. ad Phrynich. p. 149 seq.

P. 516. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου] Par. I. ἐπὶ τῇ τελευτῇ. In Steph. exemplo τοῦ omissum.

P. 516. κλοπὴν αὐτοῦ κατ.] Narrat Diodorus XII. c. 38. p. 306. B., Ephoro auctore, Periclem de sociorum pecunia magnam partem in rem suam vertisse ac, ne rationem reddere cogeretur, bellum concitasse Peloponnesiacum. conf. Plutarch. Vit. Pericl. 31. p. 169. Idem memoriae tradidit accusatum eum esse propterea, quod partem illius pecuniae, ex qua Phidias Minervae statuam vestivisset, in privatos usus convertisset. vid. Diodor. l. c. Plutarch. l. c. Defendit Periclem Aristides Commun. Apolog. T. II. p. 244. ed. Iebb. narrans eum pecunia tantum multatum esse atque post peculatus damnationem in gratiam cum Atheniensibus rediisse. De Periclis integritate v. Thucyd. II, 56. 65. Plutarch. Vit. Pericl. c. 35. 37.

Cap. LXXII. ἀπέδειξε ταῦτα ἅπ. π.] si — eos redderet haec omnia propter feritatem facientes. Ἀποδεικνύναι proprie est manifestum reddere, deinde exhibere, reddere, ita tamen, ut primaria ostendendi notio non prorsus aboleatur. Xenoph. Cyrop. I, 2, 5: παῖδας βελτίστους ἀποδεικνύναι, quod paullo post dicitur παρέχειν τὰ δέοντα ποιοῦντας. Ibid. II, 1, 23. et VIII, 1, 85. permutatur cum verbis παρασκευάζειν et ἀπεργάζεσθαι. Memor. I, 6, 3: μιμητὰς ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν. Mox etiam ἀποφαίνειν sic dicitur.

B. ἵνα σοι χαρίσωμαι] Supra p. 514. A: Πάνυ γε, εἴ σοι ἥδιον. Verbum χαρίζεσθαι, hoc in genere frequens apud Platonem, docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 274 seq.



μενος, πότερον καὶ ὁ ἄνθρωπος ἓν τῶν ζῴων ἐστίν, ἢ
οὔ; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνθρώπων Πε-
ρικλῆς ἐπεμέλετο; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἔδει
αὐτούς, ὡς ἄρτι ὡμολογοῦμεν, δικαιοτέρους γεγονέναι
ἀντὶ ἀδικωτέρων ὑπ' ἐκείνου, εἴπερ ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο C
αὐτῶν ἀγαθὸς ὢν τὰ πολιτικά; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ.
Οὐκοῦν οἵ γε δίκαιοι ἥμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος. σὺ δὲ τί
φῄς; οὐχ οὕτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἀγριω-
τέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε, καὶ ταῦτ'
εἰς αὑτόν, ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο. ΚΑΛ. Βούλει σοι
ὁμολογήσω; ΣΩ. Εἰ δοκῶ γέ σοι ἀληθῆ λέγειν. ΚΑΛ.
Ἔστω δὴ ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγριωτέρους, ἀδι-
κωτέρους τε καὶ χείρους; ΚΑΛ. Ἔστω. ΣΩ. Οὐκ ἄρ' D

μὴ λακτίζοντας] Post λακτίζοντας Clark. Vat. Coisl. Par. EFW. addunt ἑαυτόν. Pro eo Vind. 6. αὐτὸν et Par. BCIV. Flor. a. b. c. d. m. o. x. αὐτοὺς exhibent. Sed utrumque natum putamus ex glossemate, id quod etiam Astio et Hirschigio ita visum est. Lectionem ἑαυτὸν receperunt Bekkerus et Buttmannus. Sed verissime iudicavit Astius eam sententiae parum convenire.

ἢ οὐ δοκεῖ σοι] V. ἦ οὐ δ. σ.

C. εἰς αὐτόν, ὃν ἥκιστ'] Pro vulg. αὐτόν ex Aug. Par. B. dedi αὑτόν. Steph. ὃ invitis codd. plerisque.

C. Οὐκοῦν οἵ γε δίκ. —] „Ad secundum istorum versuum respicitur, quos saepe repetit Homerus: Ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω; Ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι; Ἠὲ φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής; Odyss. ζ'. v. 120. Atque hinc pluribus in locis ἡμερότητα cum δικαιοσύνῃ et ἀγριότητα cum ἀδικίᾳ coniunxit Plato." ROUTH.

ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο] H. e. εἰς ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβ., de qua praepositionis omissione ante pronomen relativum v. ad p. 453. E. Phaedon. p. 76. D. coll. Matth. §. 595. et de Latinis interpp. ad Corn. Nep. Vit. Cimon. c. 3: In eandem incidit invidiam quam pater, ubi alii in quam. Senec. De Benefic. VI, 29. in. VII, 10, 2. Nat. Quaest. I, 1, 13. Goerenz. ad Cic. Legg. p. 262. Ceterum non assentimur Hirschigio αὑτόν eiiciendum existimanti. Itaque neque εἰς addendum neque ὃ corrigendum cum Stephano. Voculam ἂν ab Aristide neglectam docte tuetur Schaefer. Melett. crit. p. 124 seq., ubi plurimos locos, in quibus ἐβουλόμην ἂν et ἤθελον ἂν dictum reperitur, indicavit, refellens videlicet Heindorfium, qui hunc particulae usum rariorem dixerat. Quid rei sit, subtilissime explicavit Hermannus De particula ἂν p. 66 seq.

D. Οὐκ ἄρ' ἀγαθὸς — ἦν] H. e. οὐκ ἄρ' ἀγαθός ἐστιν, ὡς ἐφαίνετο. v. ad Phaedon. p. 68. B. et quae nuper exposuit Matthiae. Gramm. ampl. T. II. p. 958.

ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ Περικλῆς ἦν ἐκ τούτου τοῦ λόγου. *ΚΑΛ.* Οὐ σύ γε φῄς. *ΣΩ.* Μὰ Δί᾽, οὐδέ γε σὺ ἐξ ὧν ὡμολόγεις. Πάλιν δὲ λέγε μοι περὶ Κίμωνος· οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι, οὓς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; καὶ Θεμιστοκλέα ταὐτὰ ταῦτα ἐποίησαν καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν; Μιλτιάδην δὲ
E τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν; Καίτοι οὗτοι, εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς σὺ φῄς, οὐκ ἄν ποτε ταῦτα ἔπασχον. οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν ἐκ τῶν ζευγῶν, ἐπειδὰν δὲ θεραπεύσωσι

D. *ἐξ ὧν ὡμολόγεις*] *ὁμολογεῖς* Ven. Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. IV. et pr. m. BC. Flor. a. b. c. m. x. Meerm.

*φυγῇ προσεζημίωσαν*] Herm. corr. seiunctim: *πρὸς ἐζημίωσαν.* Vereor ut recte; certe ista mutatione non opus. v. p. 518. C., ubi nemo scripserit *πρὸς ἀπολοῦσιν*, et p. 519. A. B.

E. *οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ*] Male vulgo *οὐκοῦν*. v. ad Phaedr. p. 258. C. Euthydem. p. 307. B.

*οὐκ ἐξωστράκισαν —*] „Refert Plutarch. Cimoni infensos Athenienses propter studium eius erga Lacedaemonios et optimatium factionem *μικρᾶς ἐπιλαβομένους προφάσεως* decem annorum exsilio hunc multasse. Vide eiusdem Cimon. p. 489. c. XVII. et III. Pericl. p. 157. c. IX. X. Viro doctissimo Rutgersio Var. Lectt. L. I. p. 43. videtur innuisse Plato damnatum eum ob tyrannidis affectatae suspicionem, metuentibus Atheniensibus, ne eos facundia, qua pollebat, in servitutem pelliceret. Idem, ut refert Cornel. Nepos Cim. c. III., post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. Nec omittit memorare istud Aristides p. 158., ubi haec Platonis citavit." ROUTH.

*Θεμιστοκλέα — προσεζημίωσαν*] Vid. Plutarch. Themistocl. c. XXII. p. 123. Nepot. Them. c. VIII. Thucyd. I, 135.

*Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι —*] De hac re alii scriptores nihil memoriae prodiderunt, ut monuit Wesseling. ad Herodot. VI, 136. Conf. Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 35. Platoni tamen adstipulatur Aristides T. II. p. 224. ed. Iebb. — *βάραθρον* interprete Timaeo est *ὄρυγμα φρέατι ὅμοιον, ἔνθα οἱ καταδικασθέντες ἐβάλλοντο*, ubi v. Ruhnken. — *ἐν Μαραθῶνι*, prope Marathonem, ut *ἐν Μυκάλῃ, ἐν Πλαταιαῖς, ἐν Σαλαμῖνι, ἐν Κορίνθῳ* et al. v. Perizon. ad Ael. V. H. II, 25. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 321. Duker. ad Thucyd. I, 100. Dicitur etiam *Μαραθῶνι*, quod propius accedit ad speciem adverbii localis. v. ad Menexen. p. 240. D. coll. Lysid. p. 205. C. Igitur utrumque rectum. Ceterum quod Schweighaeuser. ad Athen. T. VI. p. 322. *νικήσαντα* excidisse suspicatus est, nihil hac coniectura inanius. v. Matth. §. 271.

E. *εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν*] Intell. servatus esset, s. res esset prohibita. Thucyd. II, 18: *ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν*, scil. prohibiti essent. Demosthen. De fals. Legat. p. 364. ed. Reisk.: *οὐ γὰρ ὡς, εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους, οὐδ᾽ ὡς, εἰ μὴ Πρόξενον οὐχ ὑπεδέξαντο, — ἐσώθησαν οἱ Φωκεῖς κ. τ. λ.* Ibid. p. 370: *ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους*, sc. *ἐκωλύθη προσεῖναι.* v. interpp. ad Viger. p. 510 seq. — *Ὁ πρύτανις* hoc loco prytanum epistatam designat, cuius erat populum in suffragia mittere s. *ἐπιψηφίζειν.* v. ad p. 474. A.



τοὺς ἵππους καὶ αὐτοὶ ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι, τότ᾽ ἐκπίπτουσιν. οὐκ ἔστι ταῦτ᾽ οὔτ᾽ ἐν ἡνιοχείᾳ οὔτ᾽ ἐν ἄλλῳ ἔργῳ οὐδενί. ἢ δοκεῖ σοι; *ΚΑΛ.* Οὐκ ἔμοιγε. *ΣΩ.* Ἀληθεῖς ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι
οὐδένα ἡμεῖς ἴσμεν ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα τὰ πολιτικὰ 517
ἐν τῇδε τῇ πόλει. σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν, καὶ προείλου τούτους τοὺς ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἀνεφάνησαν ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες, ὥστε, εἰ οὗτοι ῥήτορες ἦσαν, οὔτε τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο — οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον — οὔτε τῇ κολακικῇ.

Cap. LXXIII. *ΚΑΛ.* Ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ,

*οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡν. —*] Certe quidem boni aurigae, quum initio non de bigis decidant, non tum decidunt, quum equos etc. v. ad p. 512. A. Male vulgo *οὐκοῦν*. Lachet. p. 192. D: *οὔκουν δίκαιόν γε.* Euthydem. p. 307. B: *οὔκουν δίκαιόν γε*, ubi vulgo *οὐκοῦν*. Sophist. p. 231. B: *οὔκουν τό γε εἰκός.* Ibid. p. 235. E. p. 238. B., ubi vulgo legebatur *οὐκοῦν ἂν ὀρθῶς γε.* De repetito verbo *ἐκπίπτουσι* vid. ad p. 509. D. Criton. p. 54. A. infra p. 522. E.

P. 517. *ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες*] H. e. iis, qui nunc sunt, similes s. in pari conditione etc. Lysias p. 247. ed. Brem.: *εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ καὶ τὴν διάνοιαν ἕξω*, ubi v. annot.

*οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον*] H. e. populi gratia et favore excidissent. Pindar. Pyth. III, 21: *ἔπεσε χαρίτων.* Nimirum *ἐκπίπτειν* omnino dicuntur ea, quae reiiciuntur et repudiantur. — *οὔτε τῇ κολακικῇ*, quae *σώζει ἐκ τῶν κινδύνων.* v. p. 511. B. C.

Cap. LXXIII. *πολλοῦ γε δεῖ —, μή ποτέ τις — ἐργάσηται*] Notabis hanc structuram: *πολλοῦ δεῖ — μὴ — ἐργάσηται*, multum abest, ut quisquam unquam — talia opera perfecerit, cuius equidem non in promtu habeo alterum exemplum. Nam alias ponitur infinitivus. — *ὃς βούλει*, quivis. v. Matth. Gr. §. 474. annot. 2.

B ὦ Σώκρατες, μή ποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργάσηται, οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται. ΣΩ. Ὦ δαιμόνιε, οὐδ' ἐγὼ ψέγω τούτους, ὥς γε διακόνους εἶναι πόλεως, ἀλλά μοι δοκοῦσι τῶν γε νῦν διακονικώτεροι γεγονέναι καὶ μᾶλλον οἷοί τε ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν ἐπεθύμει. ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, πείθοντες καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο, ὅθεν ἔμελλον ἀμείνους ἔσεσθαι οἱ πολῖται, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
C οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι· ὅπερ μόνον ἔργον ἐστὶν ἀγαθοῦ πολίτου. ναῦς δὲ καὶ τείχη καὶ νεώρια καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα καὶ ἐγώ σοι ὁμολογῶ δεινοτέρους εἶναι ἐκείνους τούτων ἐκπορίζειν. Πρᾶγμα οὖν γελοῖον ποιοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τοῖς λόγοις. ἐν παντὶ γὰρ τῷ χρόνῳ, ὃν διαλεγόμεθα, οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιφερόμενοι καὶ ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ τι λέγομεν.

P. 517. B. *ὃς βούλει εἴργασται*] *ὅστις βούλει* Flor. x. Sic certe Cratyl. p. 432. A. et al.

C. *ἐγὼ γοῦν σε πολλάκις*] Sic Ven. Ξ Σ. Vind. 2. Par. B. Flor. a. c. d. m. pro vulg. *ἐγὼ οὖν*, quod Herm. cum Clarkian. Vat. aliis servandum duxit, minus recte, opinor. In Aug. Meerm. ed. Bas. 2. est *ἔγωγε οὖν*.

